Über dieses Exemplar von Toulouse erzählt derselbe Debure: „La Tradition est, que le hasard fit tomber ce Livre entre les mains du Père Massoulié, célèbre Professeur en Theologie, qui l'acheta parmi un tas de Bouquins, et qui le mit à la bibliothèque, avec une note particulière, qu'il écrivit sur une feuille volante à la tête du Volume. Nous allons donner la copie qui

[1] D. h. die Bulle Pius' V. und Gregors XIII. ist ausgerissen.

nous a été envoyée de cette note: elle nous a paru d'autant plus intéressante, qu'elle peut servir à prouver, que dès ce temps là, ce Livre était déjà regardé comme un Ouvrage de la plus grande rareté. La voici:

‚Hic liber Romanis Jesuitarum Typis anno 1586 editus, Sententias de Praedeterminatione physica seu de physico Dei in causas secundas influxu, nec non de gratuita ad gloriam Praedestinatione, insuper et alias bene multas similis ponderis Conclusiones, tanquam a Sanctis Augustino et Thoma propugnatas agnoscens, felicem [sic] apud Tolosanos Dominicanos azilum [sic] sub multiplici cera obsignatum obtinuit, nec sine efficacissima omnipotentis numinis dispensatione dici meruit Liber Singularis. Quippe in orbe literario relictus est solus [?], saevientibus progenitoribus contra caetera omnia exemplaria, quibus postmodum, nempe anno 1606,[!] aliud supposuere volumen, quidem ejusdem officinae nominis, sed longe disparis rationis, utpote multiplici arte interpolatum, nec hactenus resarcitum: imo nusquam, ut suspicari fas est, resarciendum. Ideoque majori in dies sedulitate custodiendus Liber iste perenniter illaesus, qui coelitus ad nos venit in testimonium, ut Testimonium Perhiberet de Lumine, multiplicem veritatem confirmante, et Societatis alumnos provocante ad Thomistica sectanda vestigia exemplis Dominicani Ordinis, tantam inde haurientis eximiae eruditionis ubertatem, tantam Theologicae gloriae celebritatem, tantamque illibati systematis firmitatem.'

„L'on rapporte encore, que feu M. de Boze, ayant eu connaissance de cet exemplaire, en fit offrir une somme très considérable, et que l'on aurait de la peine à croire. Mais cette somme, telle exorbitante qu'elle ait été, fut constamment refusée par les Dominicains."

Melzi (Diction. Anonym. II, 413) führt zuerst die sechs von P. Aquaviva zur R. st. berufenen Patres an und fährt dann fort: „Uscito il volume sollevò nel publico tale tempestà a motivo del trattato De Opinionum Delectu, che il P. Generale stimò bene di far ristampare l'opera con una nuova revisione de' PP. Tucci, Aziorio e Gonzales tenuti ancora in Roma presso di sè; nella quale seconda edizione fu omesso il trattato suddetto, come notasi nella prefazione, in cui però dassi la speranza di publicarlo

in breve. Soltanto da un accurato esame dell' edizione del 1591, confrontata coll' anteriore del 1586, potrebbe aversi la certezza di ciò che asserisce il P. Afflitto (Scritt. di Napoli, t. I. p. 78, 82 sqq.), cioè riconoscersi da qualche passo, che si era nella risoluzione di mantenere quanto nella prima edizione erasi stabilito, giacchè il P. Afflitto non vide la seconda edizione, ed è un Domenicano che favella de' Gesuiti da poco tempo soppressi."

Mit diesem letzten Satze ist der Nagel auf den Kopf getroffen: man suchte nach der Unterdrückung der Ges. Jesu überall Gründe auf, um jene That zu rechtfertigen; und bei dem mystischen Dunkel, das über dem Buche von 1586 schwebte, schien diese älteste R. st. das geeignetste Mittel zu sein, um Argwohn zu erwecken.

Soviel ist sicher, daſs das Buch wegen seiner Seltenheit fast soviel wie ungedruckt ist, desto mehr Interesse wird der folgende genaue Abdruck erwecken.

Ratio Atqve Institutio Studiorum

Per Sex Patres Ad

id iussu R. P. Praepositi Generalis deputatos conscripta.[1]

I. H. S.

Romae.

In Collegio Societatis Iesu. Anno Domini.

M. D. LXXXVI.

Cum Facultate Superiorum.

Lectori S.

De omni studiorum ratione disseruere sex deputati Patres, p. c.
quae ad eam rem maxime facere arbitrati sunt. Visum est tamen R. P. Praeposito Generali, cum hoc opus arduum sit, et in publicam totius Societatis vtilitatem instituatur, quo et aequioribus animis excipiatur, et perpetua sedulitate conseruetur, nihil firmiter definire prius, quam omnium Prouinciarum Doctores nostri, quid de tota re arbitrentur, exponant. Hoc itaque volumen deputatorum Patrum opera confectum typis iussit excudi: non ut tanquam plane constituta iam res induceretur in mores, sed quo expeditius multa suppeterent exempla, quae, in omnem Societatem dimissa, sicut a Romano iam Collegio dijudicata sunt, ita et a Prouinciarum Doctoribus recognoscantur. Qui postquam Romam perscripserint, quaecun | que de tota re senserint, tandem p. d.
a R. P. Praeposito Generali, auditis Prouinciarum sententijs, quid optimum factu sit, decernetur.

---

[1] Altes Bibliothekzeichen: Collegii Soc. Jesu Trevir.

Nr. 4.

p. 1.

Acta Congregationis quae anno 1584. iussu admodum Reuer. Patris Praepositi Generalis Claudii Aquaeuiuae habita est de ratione studiorum instituenda.

Constitutiones 4. Part. c. 13. A.: „De statutis, inquiunt, lectionum horis, ordine, ac modo, et de exercitationibus tam compositionum (quas a Magistris emendari oportet) quam disputationum in omnibus facultatibus, et pronunciandi publicè orationes et carmina, speciatim in quodam tractatu per Generalem Praepositum approbato agetur seorsum, ad quem haec Constitutio nos remittit; id dumtaxat monendo, illa locis, temporibus et personis accommodari oportere, quamuis ad illum ordinem accedere, quoad fieri potest, conueniat."

In eadem quoque 4. Part. c. 5. §. 4. et c. 14. §. 3. sic habetur: Sequantur in quavis facultate securiorem et magis approbatam doctrinam, et eos autores, qui eam docent: cuius rei penes Rectorem (qui, quod statuetur in vniuersa Societate ad majorem Dei gloriam, sequuturus est) cura sit.

Hic tractatus ijs constitutionibus commendatus, qui et studiorum praxim et doctrinae solidioris authorumque delectum, sicut oportet, informet ac moderetur, nostrorum omnium patrum
p. 2. uo | tis iam inde ab ortu ac primordio Societatis expetitus est, quod, cum in caeteras Instituti nostri partes excolendas strenue ab ijs, qui praesunt, incumbatur, pars ista tamen, quae literarijs studijs rectè instituendis temperandisque continetur, nondum planè exculta, nec ad eam speciem ac splendorem, quem in optatis esse doctissimo cuique par est, perducta videretur. Duo plane sunt Societatis nostrae praesidia ac firmamenta, ardens pietatis studium, et praestans rerum scientia. In haec duo capita omnis Constitutionum nostrarum vertitur cardo, eo quod pietas, si doctrinae luce orbata sit, singulis quidem priuatim prosit non parum: at in Ecclesiae proximorumque vtilitatem operam pene nullam conferre possit in concionibus, in sacramentis admini-

strandis, in iuuentute erudienda, in disputationibus cum fidei adversarijs, in consilijs, responsisque de dubijs rebus, et caeteris nostrorum hominum muneribus ac functionibus: quae doctrinam, non vulgarem illam, sed excellentem quandam desiderant.

Ad eam vero consequendam interest plurimum, qua ingrediamur via, quibus artibus, quibus vtamur auxiliis, quod, nisi ratio facilis ac solers ineatur, multis consumptis laboribus fructus respondere soleat exiguus: contra vero si studiorum labor ad sapientem aliquam normam dirigatur, non magnis lucubrationibus magnum compendium et fructus uberes referantur. Huc accedit, quod non modo nostrates, sed externos etiam adolescentes docendos suscepimus, quorum cum nu | merosa sit multitudo, prae- p. 3.
clara indoles, nec rara nobilitas, nostro muneri nostraeque apud alios existimationi facere satis non videmur, si tot pueris nostrae fidei commissis, tamquam nutrices, non omnia optime mansa, vt aiunt, in os inseramus, ne exiguo cum progressu in scholis nostris consenescant. Porrò nec leue pondus et calcar ad studia nostra bene componenda accedere debet ex eo, quod res nostrae quotidie in promptu atque in oculis omnium sunt, eorum etiam, qui non optime videntur affecti. Horum vero iustam accusationem effugere non valemus aliter, nisi, quod nonnullis benevolentiae erga nos deest, id rerum bene gerendarum consilio atque industria compensemus, cum praesertim non pauci sint, qui in hac literaria palaestra, cum a nostris vinci non aequissime ferant, non parum res quidem suas promouere, nostras autem obscurare nitantur. Iam nihil attinet multa verba facere de animorum consensione, quam grauissime nostrae commendant Constitutiones, in ijs praesertim, quae publice geruntur, aut docentur: huic vero consensioni nondum satis potuit esse consultum: cum enim nullus ordo, forma nulla communis adhuc praescripta esset, licere sibi quisque existimavit et sentire quae vellet, et quae sentiebat, alijs tradere ea methodo, quam maxime probabat, ut aliquando non minus nostri inter se, quam ab externis dissentirent. Illud etiam vltimo ac praecipuo loco cauendum videbatur, ne rerum nouarum studium, quod aliquando in nonnullis apparet, in | aliquod dis- p. 4.
crimen nostram adducat existimationem, idque hac aetate, quae, cum plus nimio abundet haeresibus, matura potius indiget soliditate, quam parum tuta subtilitate doctorum. Atque hi doctrinae tanquam scopuli licet sapienter declinari possint a veteranis professoribus, consulendum tamen fuit etiam tironibus, quos

veteranis jam defessis oportet identidem subrogare: tametsi hoc cautionis genus ne veteranis quidem obfuturum sit, cum possit interdum multis iam annis confirmata autoritas aliquem audaciorem reddere et ad res nouas promptiorem. His itaque de causis semper visum est optimum factu, si tam docendi varietas, quam opinandi libertas certis legibus vinciretur. Id quod cum hucusque confici commode non potuisset, tandem admodum R. P. Praepositus Generalis Claudius Aquauiua, postquam primis suae administrationis annis in Constitutiones, omnium officiorum regulas, Congregationum canones et priuilegia Societatis emendatissime edenda diligenter incubuit, anno eodem 1584. adiecit animum ad studiorum rationem firmiter atque utiliter constabiliendam: eaque de causa ex disiunctissimis Societatis prouinciis patres Theologos sex ad id operis deputandos euocauit. Ex Hispania venit P. Joannes Azor, ex Lusitania P. Gaspar Gonzales, ex Gallia P. Jacobus Tirius, ex Austria P. Petrus Busaeus, ex Germania superiore P. Antonius Guisanus, Romae commorabatur
p. 5. P. Stephanus Tuccius, omnes administrandarum | scholarum vsu praediti, et in omnibus pene facultatibus versati, gnari etiam singuli rerum prouinciae suae, ut, variarum gentium auditis collatisque moribus ac studijs, id communi consilio statueretur, quod locis, quoad eius fieri posset, congrueret vniuersis. Itaque sexto Idus Decembris, qui Conceptionis Deiparae Virginis dies est, per R. P. Generalem ad Sanctissimi Domini nostri Gregorii [XIII.] pedes osculandos deducti sunt, ut auspicato negotium tam operosum inchoarent. Bene precatus Pontifex, sedulitatemque ac celeritatem operi adeo salutari vt adhiberent, serio est adhortatus. Neque vero Pontifex Maximus solum, sed et Cardinales nonnulli doctrina et autoritate praecipui, quos tantae rei certiores facere oportuit, institutam hanc a Reuer. P. Generali quasi communem studiorum reformationem vehementissime comprobarunt. Domicilium peropportunum et commodum, hybernis quidem sex mensibus in poenitentiaria S. Petri, aestiuis autem caloribus per trimestre spatium in Quirinali monte ad S. Andream illis est attributum. Horae ternae diebus singulis in consultatione ponebantur; temporis reliquum legendis Doctoribus et commentarijs, quos aliqui manu scriptos ex prouincijs attulerant, traducebatur.

Iam vero vniuersum hoc opus duo in capita distributum fuit. In vno de securiorum opinionum delectu ac censura agi-

tatum est. In altero traditus fuit ordo ac praxis scholarum omniumque exer | citationum, quibus ad sapientiam ac bonas artes p. 6.
Iuuentus promouetur, institutio. Ac primum in opinionum Theologicarum examine, in quo aliquid excogitare, quod multis probetur, arduum semper visum est omnibus, patrum illorum vnus, qui praeerat Congregationi, quaestionem aliam ex alia iuxta ordinem Partium, Questionum, Articulorum S. Thomae in disceptationem vocabat, ordine suam quisque sententiam prodebat; si suffragia concordabant, haud magno negotio res transigebatur; sin dissidebant, tum disputatio acris oriebatur: diuidebatur quaestio in proprios status, certa secabantur ab ambiguis, lubrica et obscura a ratis et definitis: controuersiae capite sic explorato, discrepantium inter se argumentorum momenta appendebantur, in chartam sedulo referebantur; copiosa duorum, interdum etiam trium dierum disputatione examinabantur, donec qui aliter senserant in plurimorum sententiam sponte concederent.

In constituenda deinde certa ratione ac methodo, qua scientiae et facultates singulae tractarentur, recitabantur Patrum nostrorum in hunc vsum conseruatae deliberationes, siue Romae siue extra in nobilioribus Societatis Collegijs varia temporum occasione institutae: percensebantur epistolae et consulta legesque vniuersitatum, et diuersi generis alia, partim superioribus annis, partim nuperrime ad Reuerendum P. N. Generalem ex plerisque cum Italis et Hispanis, tum etiam Galliae, Germaniae, Poloniae prouincijs transmissa: relegebantur | quartae partis Constitutiones, p. 7.
studioque ad nutum illis parendi sedulo expendebantur: Canones similiter Congregationum, Regulae et statuta scholarum, consuetudines praeterea, moresque Collegij Romani, quae liber manuscriptus simul omnia complectebatur. Ex his antiqua plurima retinebantur, recentioraque attexebantur, abrogabantur nonnulla: si qua dubitationem adferebant, singuli prouinciae suae priuatas vel communes institutiones, vsum et exempla scholarum, mores et cuncta in medium proferebant, commoda et incommoda demonstrabant, quibus tot tamque varijs auxilijs ad disquisitionem judicationemque adhibitis, multarum peruestigata sunt remedia difficultatum, iactaque mutuae inter nos consensionis fundamenta, cum fixum ac ratum id apud se haberent, nihil esse posse vel ad scholarum conseruationem promotionemque vtilius, vel ad gratiam comparatamque existimationem retinendam accommodatius, quam vniusmodi omnes normam praescriptionemque

in excolendis ingenijs gubernandisque scholasticis muneribus tenere ac sequi.

Confectus tandem est tractatus duplex, vnus de opinionibus seligendis, alter de scholarum administratione. Vterque deinde sub incudem reuocatus relectusque omnibus audientibus et emendatus, tandem etiam subscriptione singulorum firmatus inque Collegij Romani Theologorum manus iussu R. P. Nostri Generalis traditus est, vt ab ipsis primum, a reliquis deinde per
p. 8. vniuersam | Societatem prouinciis expenderetur. Atque hic Congregationis de studijs habitae tam cursus, quam exitus fuit; anno vertente denique sub finem mensis Augusti, cum Decembris initio coepisset, conuentus est solutus. Pater Stephanus, P. Azor et P. Gonzales in Vrbe relicti, vt, sicubi desideraretur, eorum, quae constituta sunt, interpretationem vel rationem redderent. Caeteri domum quisque ad consueta munia rediere. Iam vero quamuis optatissimum esset Reuerendo Patri Generali hanc totam rem cognoscere quamprimum, et per prouincias spargere recognoscendam; tamen impeditus primum patrum procuratorum et congregatione et negotiis expediendis: deinde aduentu Japoniorum Principum, moraque diuturna in Vrbe propter obitum Gregorii Pontif. Maximi: tum quotidianis curis litterisque Prouinciarum, non potuit ante exitum pene Anni 1585 animum adhibere cum quatuor Assistentibus ad ea perlegenda, quae a sex Patribus Deputatis et a Romani Collegij Doctoribus acta fuerant. Nunc tandem rebus omnibus perspectis, et ijs, quae Collegij Romani Patres obseruarant, per sex Patres Deputatos recognitis, id quod perpensis vtriusque partis annotationibus compilatum est, in omnem Societatem dimittendum putauit, ut, quod in communem comparatur vsum, communi quoque iudicio comprobetur.

Laus Deo, Et B. V. M.

Nr. 5.

p. 9.

De Opinionum Delectu in Theologica facultate.

Admodum Reuerendus Pater Generalis sex patribus, quos ad omnem studiorum rationem bene instituendam delegerat,

nihil grauius commendauit, nihil se magis optare testatus est, quam vt eorum opera opinandi licentia, quae quotidianis et periculis et altercationibus nostros perturbat, cohiberetur, omnisque doctrina Societatis duas imprimis res consequeretur in nostris Constitutionibus frequenter inculcatas, soliditatem, quae omni temeritate vacaret, et consensionem, quam tot professorum contentiones labefactant non parum. His illi mandatis cum studerent obtemperare pro viribus, formulam, quae sequitur, conscripsere, qua generatim quaedam, quaedam particulatim recte componi posse visa sunt. Est autem huismodi.

In docendo corroborandae in primis Fidei, alendaeque pie- Regula 1.
tatis cura habeatur. Nemo igitur quicquam doceat, quod cum Ecclesiae sensu receptisque traditionibus non bene conueniat: quodque aliquo modo robur Fidei, et solidae pietatis firmitatem minuat.

Expedit etiam, vbi nullum pietatis et Fidei periculum im- p. 10. Regula 2.
minet, suspicionem vitare studij res moliendi nouas aut nouae condendae doctrinae. Quare opinionem vllam nemo defendat, quae contra recepta Philosophorum aut Theologorum axiomata, vel contra communem scholarum Theologicarum sensum a plerisque viris doctis esse iudicetur.

Quae opiniones, cuiuscunque auctoris sint, in aliqua Pro- Regula 3.
uincia aut Ciuitate multos aut Nostrorum aut exterorum Catholicos, et non indoctos, offendere scientur, eas ibi nemo doceat aut defendat; quamuis alibi sine offensione doceantur. Huiusmodi vero opiniones a quolibet Prouinciali colligendae forent, audito consilio Doctorum suae Prouinciae, vt, qui in ea docent, nec eas ignorent, nec vllas alias esse praeterea huius generis existiment.

In quaestionibus ab alijs ante tractatis nemo nouas sequa- Regula 4.
tur opiniones, aut in rebus, quae vel ad religionem quoquo modo pertinere possunt vel alicuius momenti sunt, nouas introducat quaestiones seu dubitationes, Patre Prouinciali inconsulto; qui, quo suauius id fiat, audito Doctorum suae Prouinciae iudicio, id, quod ad maiorem Dei gloriam visum fuerit, praescribet.

In Theologia doctrinam S. Thomae[1] Nostri sequantur, ex- Regula 5.
ceptis paucis, quae licet sint aut videri possint esse S. Thomae: quia tamen contraria et sine periculo et valde probabiliter de-

[1] Hier sind etwa 3—4 Wörter bis zur Unkenntlichkeit mit Tinte ausgestrichen.

fendi possunt, siquis haec docere velit, conniueant Superiores ad
p. 11. inge | niorum exercitationem maiorem et accuratius veritatis examen. Nostri itaque non cogantur defendere, quae sequuntur.

Ex prima parte S. Thomae.[2]

1. Theologiam vel esse scientiam vniuoce cum scientijs naturalibus, vel vniuoce subalternari scientiae Beatorum. q. 1. art. 2.

2. Operationem ad extra esse Deo rationem formalem essendi in loco, aut Deum esse in spatijs etiam imaginarijs extra mundum. q. 8. art. 2.

3. Repugnare secundum absolutam Dei potentiam, vt a Beatis Deus videatur per speciem impressam, quamuis de facto non sic videatur. q. 12. a. 2.

4. Praeuidere Deum futura contingentia in eorum reali coëxistentia cum sua aeternitate. q. 14. a. 13.

5. Ideas proprie specierum esse, non indiuiduorum, nec partium substantiae compositae, nec accidentium realiter a substantia distinctorum. q. 15. a. 3.

6. Secundas causas esse proprie et vniuoce instrumenta Dei, et, cum operantur, Deum in eas primum influere, aut eas mouere.

7. Repugnare, vt aliquod infinitum actu possit creari in quantitate vel in qualitate. q. 7. a. 3. et 4.

8. Spiritum Sanctum non procedere ex amore etiam creaturarum secundum esse possibile. q. 34. a. 3.

9. Relationem Divinam non esse secundum se perfectionem in suo genere, aut Patrem non esse Filio priorem origine secundum rem. q. 28. a. 4; q. 33. a. 4; q. 42. a. 4. ad 2.

10. Repugnare, vt sint, vel de facto non esse plures Angelos eiusdem speciei. q. 50. a. 4.

p. 12. 11. Angelis rationem essendi in loco esse | transeuntem operationem, vel applicationem virtutis ad agendum, aliaque, quae ad haec consequenter se habent. qu. 52. a. 1.

12. Species vniuersalium quidditatum fuisse Angelis infusas per se, non per accidens, et quaecunque ad haec consequenter se habent. q. 55. a. 3.

[2] Hiebei die handschriftliche zu Rom gemachte Bemerkung: „delectum opinionum ex alijs partibus habes fol. [pag.] 311.“ Ein Teil der Buchstaben ist beim Einbande abgeschnitten worden. — Die Zitate aus dem h. Thomas sind handschriftlich beigesetzt.

13. Vniuersaliores esse species superiorum, quam inferiorum Angelorum.

14. Angelos ex aliqua actuali inconsideratione peccasse. q. 63. a 1. ad 4^{m}

15. In primo instanti suae creationis Angelos peccare non potuisse. qu. 63. a. 5.

16. Angelos siue bonos siue malos in termino viae mansisse inflexibiles ex sua ipsorum natura. q. 64. a. 2.

17. Locutionem Angelorum fieri eo modo, quem tradit S. Thomas. q. 107.

In caeteris, quae hic excepta non sunt, a S. Thoma Nostri non recedant; expresse tamen definienda nonnulla videntur: Quaedam, quia non tractantur a S. Thoma: Quaedam, quia ab eo attinguntur quidem, non tamen sub expressis, ac proprijs terminis definiuntur; vel ita tractantur, vt in diuersas trahi soleant expositiones. In quibus cum grauiora quaedam sint, multum interest, quid de ijs Nostri sentiant: quaedam denique, et sane paucissima, contraria S. Thomae, quia magis sunt approbata communiter, nec parum adiuuant pietatem. Ea vero sunt, quae sequuntur. Regula 6.

Ex prima parte S. Thomae.

1. Secundum potentiam Dei absolutam non repugnat | communicari viatori euidentem abstractiuam notitiam articulorum Fidei. q. 12. in fine. Caiet. 22. q. 171. a. 5. p. 13.

2. Theologia formaliter est et Speculatiua et Practica. qu. 1. a 4.

3. Deum esse, vnum, Efficientem rerum omnium, liberum in agendo ad extra, prouidentem omnibus, Infinitum, Omnipotentem, et ubique existere, naturali ratione demonstrari potest. qu. 2. 7. 8. 19. 22.

4. Ad eliciendam claram Dei visionem effectiue concurrunt tam lumen gloriae, quod est habitus, quam Beatorum intellectus per naturalem suam facultatem. q. 12. a. 5.

5. Secundum potentiam Dei absolutam nec repugnat videri clare essentiam Diuinam sine vlla distincta visione creaturarum, nec lumen gloriae suppleri per actualem Dei concursum supernaturalem et gloriosum. q. 12. a 5. et 8.

6. Diuina essentia supplet rationem speciei intelligibilis citra vllam prorsus informationem. q. 12. a. 2.

7. Notitia, quam Deus habet de creaturis, terminatur etiam secundario ad creaturas ipsas, prout sunt in seipsis extra Deum. q. 14. a. 2.

8. Deus de quibuscunque rebus, de liberis etiam actibus, quanquam nunquam futuris, certo et infallibiliter cognoscit, quid quibus positis futurum esset. q. 14. a. 13.

9. Non sunt possibiles vllae causae, ne liberae quidem, quae in agendo semper non dependeant essentialiter ab actuali cooperantis Dei concursu.

p. 14. 10. Deus absoluta voluntate, etiam | quoad substantiam actus, non praedefiniuit actus malos.

11. In Deo est vere proprie et formaliter iustitia. q. 21. a 1. et 2.

12. Non solum ex parte nostra nulla fuit ratio seu conditio praedestinationis, sed neque absolutè dicendum est esse in nostra potestate, vt praedestinemur; nec salui fient vlli nisi praedestinati. q. 23. a. 5.

13. Reprobationis, qua caeteri homines excidere ab vltimo fine permissi sunt, causa fuit peccatum orginale. q. 23. a. 5.

14. Sufficientibus ad salutem auxilijs nunquam priuantur homines, dum ratione vtuntur.

15. Tres sunt in Deo relatiuae subsistentiae: est et vna communis, absoluta et essentialis; non tamen propterea sunt quatuor. q. 39. a. 4. et 3. p. q. 2. a. 2.

16. Diuina relatio, etiam secundum esse Ad, est ens reale. q. 28. a. 2.

17. Nemo dicat esse probabile, Diuinas Personas constitui proprietatibus absolutis: nec doceat constitui relationibus sub absoluto conceptu, sed relatiuo. q. 40. a. 2.

18. Tam originum, quam relationum omnium fundamentum, a quo relatio suam habet realitatem, est diuina essentia per intelligere ac velle foecundum. q. 27.

19. Spiritualis substantia creata est subiectum formaliter locabile et mobile; et tam Angeli, quam animae substantialiter sunt in coelo, vel in inferno, vel alibi. q. 52.

p. 15. 20. Angelorum via duobus constitit instantibus | distinctis siue diuersitate operationum, siue diuerso operandi modo. qu. 63. a. 6.

21. Non repugnat per Dei potentiam absolutam, Angelum simul esse in pluribus locis adaequatis. q. 52. a. 2.

Cum hae propositiones Doctorum sententijs valde congruant, Regula 7.
et sint modo receptae communius, licet in earum nonnullis de
S. Thomae mente dubitari soleat, quo maior tamen sit et harum
authoritas et Nostrorum consensio, cum secundum eas S. Doctor
non incommode possit exponi, id Nostri praestare conentur, quoad
eius fieri poterit.

In ijs, in quibus aliqua libertas concessa fuit, nullus ita Regula 8.
partem vnam defendat, ut alteram, plusquam par esset, exagitet:
prioris etiam professoris, si contrarium docuerat, existimationi con-
sulat vnusquisque; et cum commode conciliari possunt doctores,
id vero non negligatur.

In caeteris ita nostri S. Thomae adstringantur, vt non nisi Regula 9.
ad eius conclusiones cogantur, nec ad res, quae non tam theo-
logicae, quam philosophicae sunt, de quibus ea libertas, vel obli-
gatio sit, quae in Philosophia statuetur.

In ijs, quae sunt Fidei, non facile Nostri vel congruentes Regula 10.
Doctorum rationes refellant, vel nouas excogitent, nisi ex rece-
ptis iam solidisque principijs.

Quae a S. Thoma non tractantur, neque hic designata sunt, ita Regula 11.
Nostri disputent, ut probatos maxime sequantur authores, ex qui-
bus doceant, quae et pro locorum et temporum ratione magis
recepta | sunt in Academijs et ad auditorum pietatem conferunt. p. 16.
Obseruent idem quoque in S. Thomae sententia assequenda colli-
gendaque, si quando paulo obscurior est.

Hactenus formula.

Nr. 6.

Commentariolus.

Huic formulae, quo planius intelligatur, commentariolus
videtur ascribendus: quo primum ratio reddatur, cur ex multis,
quae excogitari poterant, haec potissimum formula placuerit;
deinde praecipuis quibusque difficultatibus, quas illa videtur
afferrre, satisfiat. Vtque priorem partem aggrediamur, Patres,
quibus id negotij delatum fuit, non temere ac fortuito in hanc

formulam deuenere, sed et multiplicem iniere diuisionem, et non semel, nec leuiter de hac tota re deliberarunt, tanquam de summa et cardine suarum consultationum. Veniebant sane in mentem tres potissimum methodi ac formulae. Vna quidem, quae generalibus aliquot regulis contenta nihil distincte ac particulatim de singulis sententijs decerneret. Altera vero, quae nihil vniuersim praeciperet, sed, de vnaquaque quaestione quid sentiendum esset, enucleate praescriberet. Postrema denique, in qua, duabus prioribus tanquam extremis praetermissis, medium quoddam iter teneret, hoc est, quaedam in genere statueret, ad alia vero explicite definienda descenderet. Tribus autem ex ijs formulis nouissima probata est.

p. 17. Prima namque methodus, quo videbatur | expeditior, eo minus pollicebatur vtilitatis. Siquidem P. etiam Franciscus Borgia eam viam ingressus est, et de opinandi ratione generaliter multa sanxit; quae tamen parum obstitere, ne ex eo tempore pleraque Nostris acciderent, quae nec periculis, nec aliquot discordiae seminibus vacarunt. Ipse etiam P. Generalis Claudius Aquauiua secundo sui Generalatus anno nonnulla statuit in genere de sentiendi libertate cohibenda: quae tamen satis non fuisse, quotidianum declarauit experimentum, cum crebrae ad ipsum perferantur litterae ex varijs prouincijs de nostrorum professorum vel nimia contentione, vel opinionibus non admodum probatis. Idcirco prima haec methodus facile reiecta fuit.

Ad alteram postmodum ventum est, quae, licet multum sponderet perspicuitatis dilucida omnium explanatione quaestionum, continuo tamen improbata est: tum quia in immensum extraheret hoc opus, expositum praesertim pluribus euentis, quibus intercursantibus facile potuit intercipi; tum quia diuturnae huius operae vtilitas fuisset prope nulla, cum in Theologica facultate pleraque certa sint de fide; multa etiam ita recepta ac perspicua, vt definitione non indigeant; tum demum, quia intolerandum Nostris iugum videretur, si omnia docere cogerentur ex praescripto, nulla reliqua facta potestate libere opinandi vllis de rebus. Quin etiam tam seueris legibus ingenia Nostrorum non modo astringi non debent in omnibus Theologiae quaestionibus,

p. 18. sed ne in ijs quidem, quas S. Thomas | pertractat, probatissimus licet autor. Itaque disertis verbis, nec semel affirmauit R. P. Generalis, nolle se penitus inhibere, ne liceret Nostris vlla in re a S. Thoma recedere; et merito sane, tum ne profiteri sectam

aliquam videremur iurati in verba magistri; tum quia Constitutionum 4. Part. cap. 5. sequi iubemur doctrinam securiorem ac magis approbatam, qualis est quidem S. Thomae Theologia in quam plurimis, non tamen in omnibus, siquidem eius quaedam, paucae licet, sententiae discrepant vel a loquendi modo Sanctorum Patrum, vel a communiore veterum recentiorumve Theologorum schola, cum praesertim ex occasione nouarum haereseon excogitata sint a Catholicis Doctoribus pleraque non minus haereticis confutandis idonea, quam quae S. Thomas suppeditat; in quibus alijsque id genus par est Doctores alios anteferre. Huc accedit, nonnunquam, si non omnes, aliquos tamen illustres Theologos sua quaedam munijsse rationibus nihilo infirmioribus, aliquando etiam melioribus, quam quae S. Thomae suam persuasere sententiam. Atque in ijs non apparet, cur aliqua Nostris non sit concedenda libertas, ob publicam etiam Ecclesiae vtilitatem, cui si tam egregios foetus aliorum Religiosorum ac Doctorum ingenia pepererunt, aequum non videtur, vt ea facultas Nostris penitus interdicatur in rebus minime lubricis, et in quibus satis ampla materies patere videtur ingenijs. Quocirca nec primae methodi nimia libertas, nec alterius immodica seueritas placuit, | sed po- p. 19.
stremae atque intermediae temperamentum, nimirum vt, positis aliquot in genere decretis, quaedam deinde speciatim vel definirentur, vel relinquerentur libera, ex ijs etiam, quae S. Thomas definit.

Verum in hac etiam intermedia methodo pertractanda non minus, quam in extremis confutandis laboratum est; siquidem cum illa opiniones aliquas esse velit liberas, alias vero definiat, idque vel generalibus praeceptis eas comprehendendo, vel expresse designando, haec tota res quinque fere modis variari posse videbatur. Quorum primus occurrebat, vt tam liberae, quam definitae sententiae partim explicite traderentur, partim generali quadam lege notarentur. Alter, vt definitae particulatim designarentur; liberae vero generaliter quaedam, quaedam speciatim. Tertius, vt liberarum explicita fieret enumeratio; definitarum vero explicita partim, partim generalis. Quartus, vt liberae percenserentur distincte, definitae vniuersim comprehenderentur. Nouissimus, vt definitio enucleate descenderet ad singulas, libertas autem communi aliquo praecepto subsisteret. Horum tandem modorum tertius visus est optimus. primus enim, secundus et vltimus vno praecipue laborant incommodo, quod liberas vel

omnes vel aliquas generaliter indicant. quod tutum minime est; siquidem tunc oporteret vel ijs, quae definire conduceret, omnibus sigillatim enumeratis, in reliquis generaliter permittere liber-
p. 20. tatem: ea vero | enumeratio et inutilis, et laboris esset immensi, nec plane fieri potest humano ingenio: vel, definitis nonnullis, de caeteris illud vniuersim statuere. Quoties aliqua de re plures sunt opiniones, quae bonis autoribus et rationibus nitantur, sequantur Nostri quam maluerint. Id vero lubricum plane est. Quidquid enim et quibuscunque verbis in genere praecipiatur, varijs eludi potest interpretationibus, contendente vnoquoque, bonos autores ac rationes suae potius, quam alienae fauere sententiae. Quocirca periculis obuiam non satis iretur per hos tres modos, sed ne per quartum quidem, qui, liberis paucioribus exceptis distincte, caetera definit vniuersim hoc fere modo: sequantur Nostri doctrinam plurium vel illustriorum Doctorum, qui fuerunt aut modo florent. Sed hoc valde perplexum atque implicitum est. Nam nec semper, quo major est Doctorum numerus, eo probabiliora disserit, nec, si S. Thomam excipias, vnus aliquis ita caeteros supereminet, vt passim aut plurimum sequendus videatur. Alia Scotus, alia Bonauentura, alia Durandus, alia alij rectius tradidere. Colligere vero optima quaeque de singulis, et anceps et prope infinita res est. Vnus est S. Thomas, de quo, si pauca quaedam distincte exposita vniuscuiusque permittantur arbitrio, in reliquis statui generatim posset, vt ab eo nullus abscedat. Sed ne id quidem satis malis omnibus mederetur, tribus potissimum de causis: primum quidem, quia plerasque S. Thomas
p. 21. vix attingit disputationes, vt | de Ecclesia, de Concilijs, de Pontifice Romano, et alias id genus grauissimas, quin etiam in Partibus Summae et in Articulis S. Thomae nec rarae, nec leues intercurrunt quaestiones a S. Thoma non satis definitae, in quibus cum Nostrorum lapsus accidere possit, et tanto magis, quod duce S. Thoma careant, de ijs quoque nonnihil fuit distincte praescribendum. Deinde quia nonnunquam communis Theologorum schola et vehemens atque efficax ratio in aliquam sententiam S. Thomae dissentaneam propendent, quo loco operae pretium est vel S. Thomam deserere reuerenter, si cum aliis commode conciliari non potest, vel, si potest, eam moderationem interpretationemque (quoties cum laude ac fructu fieri potest) S. Thomae adhibere, ut caeteris non aduersetur. postremo, quia, si S. Thomam interpretandi ius cuilibet liberum sit, dissidebunt de mente S.

Thomae non minus, quam Thomistae inter se, magis etiam, quo minori vinculo cum S. Thoma coniuncti sunt; nec expedit, vt in genere aliquem Thomistarum semper sequi iubeantur, cum non omnes Thomistarum interpretationes sanam receptamque doctrinam sapiant; et cum modo speciosum atque honorificum sit S. Thomae doctrinam profiteri, conabuntur aliqui sua inuenta ex S. Thomae verbis emungere: nam a multis iam annis cernimus, et saepius quidem quam vellemus, fieri, vt nonnulli S. Thomam in eam sententiam, quam cupiunt sancire, detorqueant. Securitatis itaque et concordiae ratio postulat, vt in grauioribus | quibusdam locis non modo res ipsa, sed et S. Thomae interpretatio certa statuatur. p. 22.

Ex ijs planum fit, modum tertium, undecim regulis supra expositis comprehensum, esse rebus nostris bene componendis aptissimum: nam libera quaedam relinquit distincte, quoad eius fieri potest, caetera definit; definit autem speciatim aliqua, alia generatim; speciatim quidem pauca, quae S. Thomas non disputat; pauciora, quibus S. Thomae nonnullae expositiones meliores indicantur; paucissima, in quibus S. Thomam non sequi satius videtur. Generatim denique de reliquis statuit, vt iuxta S. Thomae sententiam definiantur. Id quod neque durum, neque nouum existimandum est, cum ab ipsis Societatis nostrae incunabulis S. Thomae doctrinam Scholasticam nostris praelegendam esse Constitutiones 4. Parte Cap. 14. decernant; quare et regulariter sequendam: id enim ferme deferri solet autori, qui sumitur explicandus. Itaque P. Generalis regulis ante quatuor annos editis cautum est, ne nisi magnis de causis S. Thomas a nostris deseratur: nec iniuria sane; nam Constitutionum 4. Parte Cap. 5. sequi iubemur in quauis facultate securiorem et magis approbatam doctrinam et eos autores, qui eam docent: eiusmodi vero esse S. Thomae Theologiam in confesso est, tum quia, omnium maxime Theologorum in Scripturis et Patribus versatus, et eorum addictus vestigijs, maiorum pietatem sedulo conseruauit; tum quia eius doctrina tantae semper in Ecclesia Catholica fuit autoritatis, | ut et summi Pontifices tanquam tutissimam commendauerint, et Oecumenica Concilia iuxta eam Ecclesiastica dogmata saepe declarauerint; tum quia per florentissimas quasque Christiani orbis Academias maximo nunc est in pretio, vt, qui a communiore scholarum consensu cupiunt non abhorrere, nihil ijs antiquius esse oporteat, quam, quoad eius fieri potest, sentire p. 23.

cum S. Thoma. Quod onus a Constitutionibus impositum, tot clarissimis receptum Gymnasiis, a nostris Patribus toties commendatum, si per se graue non est, fiet etiam hac formula leuius, quae et in nonnullis a S. Thoma Nostros eximit, et eum sic plerumque declarat, vt a frequentiore Theologorum schola non discrepet.

Hactenus de formula constituenda, quae si multis affluit commodis, exigendum non est, ne nulla ex parte grauis atque onerosa videatur . neque enim in humanis, praesertim arduis, rebus optandum est, vt nullis, sed vt quam minimis laborent incommodis. Verum si quas illa prae se fert difficultates, eae non magno negotio tolli possunt, aut leuari: id quod distributius vt fiat, illas quinque in capita conferemus, vt, quantum sit in singulis momenti, facile perpendatur.

Primum caput desumitur ex aliqua molestia, quam Nostris afferre possent et praeclusa libertas excogitandi meliora, et tanquam illata quaedam vis ingenijs, si, quae non credunt, docere cogantur.

p. 24. Praecipua sane haec difficultas a multis existimabitur; sed longe minorem eam putabunt, si cogitent, inueniendi opinandique libertatem non aliam, nec maiorem quaerendam nobis esse, quam patiatur Societas, cui nomen dedimus, eiusque Fundator, qui Constitutionum 3. Parte Cap. 10. disertis verbis cauet, ne „nouae opiniones admittantur“; quod tamen suauius vt fieret, additum est hac formula „Nisi ex consensu Praepositorum“. In reliquis etiam, quae noua non sunt, sed inter Doctores controuersa, non liberum singulis delectum reliquit P. Ignatius, sed 4. Parte Const. Cap. 5. §. 4. sequantur, ait, in quauis facultate securiorem et magis approbatam doctrinam et eos autores, qui eam docent. Et ne singulis liberum esset iudicium de magis approbata et securiore doctrina deligenda, statim subdit: „Cuius rei penes Rectorem (qui quod statuetur in vniuersa Societate ad maiorem Dei gloriam secuturus est) cura sit.“ Id quod etiam repetit Cap. 24. ad finem. Nullus igitur nobis locus factus est conquerendi de adempta docendi sentiendique libertate, quam et nos in Societatem transtulimus, et Societas moderatur iuxta Constitutiones, et Constitutiones eam obstringunt doctrinae, quae communi iudicio magis approbata sit.

Huc accedit, quod modestis pijsque ingenijs non qualis-qualis est appetenda libertas, sed quae cum virtute coniuncta

sit: potest enim ea res taxari et plus nimio, vt, si absurdissima quaeque permittantur, et minus, quam oportet, vt si non liceant quae | probantur ab omnibus. Mediocritas igitur optanda, in p. 25. quaerenda vero, hoc opus, hic labor est. Eam plane aliter alij metirentur. Huius vero formulae scriptores post sedulam de tota re deliberationem mediocritatem omnem in eo positam esse duxerunt, vt ingeniorum exercitationi campus aliquis pateat ac libertas, primum in ijs, quae libera relinquuntur, deinde in excogitandis distinctionibus et fundamentis, quibus ea, quae definita sunt, constabiliantur; tum in ijsdem impugnandis, cum publice disputant, quin etiam dum docent, si, quae sibi acute obiecerunt, acutius diluant; tum in aliqua nouarum quaestionum, opinionumque excogitatione, praepositorum tamen iudicio comprobanda, quo tutior sit. Hactenus agere libere liceat, praeterea nihil fere; quod non est ingenijs minuere libertatem, sed perficere, non minus quam cum velox equus abstrahitur quidem a spatijs, quibus decurrendis aliquod timeretur periculum; laxatur tamen, vt in apertis tutisque campis, quantum velit, expatietur. Porro doctissimis viris persuasum semper fuit, in probatis receptisque sententijs ingenij vim exprimere plus habere subtilitatis, laudis et commodi, quam licentiam ac nouitatem opinandi. Habent Nostri in ijs etiam, quae hic definiuntur, cum perfecta nondum sint, amplam segetem foecundae inuentionis, ex qua tanquam suo de partu magnam capiant voluptatem. Quod si plus adhuc desideretur libertatis, experimur quotidie, id totum esse eiusmodi, vt valde noceat valetudini Nostrorum, qui se tam | multarum p. 26. rerum excogitatione conficiunt; nostram omnium existimationem in discrimen adducat, in materijs enim tam lubricis non est omnium tuta inuentio; perturbet concordiam, iam diu enim nescio quae quasi sectarum semina cernuntur; officiat soliditati scientiae, mauult enim quilibet suos vel incoctos et informes foetus edere, quam alienis acquiescere, donec suo auditorumque malo discat sero tandem recte sapere: cum praesertim, si quis possit ijs, quae in commune definita essent, vnum aut alterum melius excogitare, peiora multa parturiat. Consulendum quoque fuit iunioribus, ne, cumprimum ad docendum accedunt, licere sibi credant spectatos diu magistros oppugnare, et in ipso tirocinij limine lacessere veteranos, quod boni auditores et impudentiae genus esse putant, et dolent fraudari se melioribus. Hinc et crebris et publicis altercationibus saepe laeditur religiosae mo-

destiae lex, vt offendantur etiam et ad calumniam prouocentur externi, quibus melius resisti non potest, quam consensione Nostrorum. Augetur et penuria professorum; non enim est omnium posse sibi suam fabricari Theologiam: vt interea loci praetereatur detrimentum piae meditationis ac deuotionis, cui se vacare posse negant multi nouarum rerum molitione distenti. Nulla igitur vis illata est ingenijs, cum et multa reliqua sit libertas, et definiantur recepta tantum, aut valde probabilia, de quibus iure conqueri nullus potest; et si qua vis esset, bono securitatis et
p. 27. concordiae compensatur, | tolliturque nescio cuius vanitatis occasio, qua ductus aliquis posset malle propria venditare qualia-qualia sint, quam vsurpare communia, nec tam cupere Societatis nomen illustrare, quam proprium. Huiusmodi si qui fuerint, mirum non erit, si hanc formulam, quae communi deseruit existimationi, non probent.

Secundum caput ducitur ex autoritatis ac existimationis iactura, quam faciet Societas, primum quia eius professores vnam omnes doctrinam tanquam cantilenam occinere videbuntur. Deinde quia Nostrorum Theologia non nitetur insigni aliquo Doctore per omnia sequendo, qualis est S. Thomas, ob quem aliqui Religiosi magni fiunt, suauiorem, vtiliorem, honorificentiorem nacti viam, quam nos, magis etiam sibi consentientem, cum vnum sequantur autorem; contra vero cum haec formula sit quaedam opinionum collectio ex varijs Doctoribus, non habet eam partium connexionem, vt vnum doctrinae corpus efficiat. Denique quia doctrina Societatis non commendabitur, vt modo a doctissimis viris commendatur, quod Nostri, non vni tantum Doctori seu formulae alligati, in omnibus sint optime versati.

Haec tria, si recte perpendantur, amplificabunt potius existimationem nostram. Ac primum, quod ad doctrinae pertinet vnitatem, noui nihil praecipitur. Constitutionibus id cautum est
p. 28. 3. Part. Cap. 1. §. 18. ijs verbis: „Doctrinae differentes non | admittantur, nec verbo in concionibus vel lectionibus publicis, nec scriptis libris“; et infra littera O. ad finem: „In opinionibus etiam, in quibus Catholici Doctores variant inter se vel contrarij sunt, vt conformitas etiam in Societate sit, curandum est.“ Nullus itaque magis debet esse solicitus de Societatis existimatione, quam eius parens atque institutor, qui doctrinae existimationem non ex opinionum compugnantia, sed ex consensu docuit esse quaerendam, magisque suos alumnos decere sensit

bonum nomen ex concordia, quam quicquid discordiae pollicentur: ob quas non raro accidit, vt non minus Nostri inter se, quam cum externis pugnent, aut etiam grauius, cum externa nonnunquam admiremur, nostratia fastidiamus: aliena plane res tum a consilio et cogitatione Fundatoris nostri, tum a Religiosarum omnium familiarum consuetudine: cum praesertim non raro opinandi diuersitas in voluntatum etiam simultatem deriuetur dicatque alius: „ego sum Apollo“, alius vero: „ego sum Cephae“. Qua pernicie cum maior nulla sit, libentius multo ferenda est aliqua doctrinae iactura, quam concordiae; et si diligenter attendatur, ad instituti nostri scopum multo magis confert vinculum pacis et vnitas animorum, quam modica quaedam doctrinae accessio tot iactata contentionibus . tametsi doctrinam etiam uberiorem et faciliorem copiam numerumque professorum concordia nobis allatura sit, si quilibet non in suum quendam, sed in communem aliquem agrum bene colendum conferat industriam: contra vero | nihil plane certi, nihil solidi in Nostrorum p. 29. doctrina esse potest, si, quae vnus statuit, alter euertit, non quod semper meliora cogitauerit, sed ne alieni ingenij opera videatur profecisse. Interdum etiam nihil refert, istone an alio modo res statuatur; sed dum alieno praesidio indigere nolumus videri, fructum alium pene nullum ex nouo labore reportamus, quam dissensionem. Sapienter igitur doctrinae conformitas nostris Constitutionibus commendatur. Tametsi tum vt aliquid indulgeretur ingenijs, tum quia nonnunquam in vtramque partem aequis prope ponderibus veritas iactari potest, tum ne publicae disputationes restincto pugnantium ardore languescerent, satis magna varie sentiendi libertas permittitur, de qua paulo ante dictum est.

Quod vero de S. Thoma per omnia sequendo addebatur, ex Constitutionibus non habetur; praelegi namque S. Thomam iubent, autorem vero, quem praelegimus, vt plurimum sequi solemus; non est item necesse, vt in omnibus. Quin et contrarium significant Constitutiones, quibus amplecti iubemur securiorem et magis approbatam doctrinam et autores, qui eam docent. Docet eam quidem S. Thomas vt plurimum, non semper tamen, et nonnulla longe pluribus non probantur. Ad illustrandum igitur potius, quam ad obterendum Societatis nomen pertinere videtur haec formula, cum nihil aliud contineat, quam vel S. Thomam probe intellectum, qui afferet potius, quam auferet

existimationem; vel communiores ac receptas iam opiniones,
p. 30. quae | ipsae sibi faciunt autoritatem. Nullum hinc igitur periculum minuendae existimationis, sed potius ex proprijs singulorum inuentis ac licentia. Quod si aliqui Religiosi magni fiunt ob S. Thomam, ob eundem et Nostri magni fient, et multo magis, quod in sequendo S. Thoma, quicquid est laudis, commune cum illis haberent; si quid vero minus commendari videtur, aliqua concessa libertate tolleretur, nec Nostris, quod illis, obijceretur, quod ne latum vnguem a S. Thoma recedant, coguntur interdum tueri quaedam, quae defenduntur aegerrime.[1]

Ad haec laudatur quidem a multis, quod Nostri sint in omnibus Doctoribus versati; at libere sentire quae velint passim reprehenditur a Praelatis grauissimis ob pericula et leuitatem ingeniorum, et semina discordiarum. Itaque cum anno superiore quidam e Nostris Patribus iussu R. P. Generalis significasset Illustr. Card. Sabello, a Nostris haberi Congregationem de stabiliendis opinionibus, laudauit ille consilium et subiecit: „Id vero vobis maxime necessarium est, nam ob aliquam libertatem nonnunquam inter viros graues* habitus est sermo de doctrina vestra.“ Tolletur hoc offendiculum, si innotescat, praescriptum Nostris esse, vt non doceant, nisi vel S. Thomam recte expositum, vel communiores receptasque sententias.

Neque vero timendum est, ne, quae ex varijs sunt collecta Doctoribus, parum apte cohaereant inter se ad vnum doctrinae
p. 31. corpus: siquidem apte | posse cohaerere omnia ex eo patet, quod alia relinquantur libera, alia definiantur iuxta contrave S. Thomam. Et in liberis Professorum est videre, cum a S. Thoma recedunt, an cohaerenter loqui valeant; nam si non valent, quis eos a S. Thoma cogit recedere? In definitis autem iuxta S. Thomam aperta consensio est: contraria denique S. Thomae pauca sunt, eaque caeteris definitis non aduersari compertum est ab eorum compilatoribus. Neque mirum, neque enim omnia, quae vnius sunt Doctoris, ita connexa sunt, vt vno conuulso necesse sit multa conuelli; neque ea, quae diuersorum sunt autorum, ita omnia pugnant, vt vnius propria omnibus proprijs alterius opponantur, id quod et communis conceptio et vsus declarant. Nam in quotidianis lectionibus professores vnum modo, modo alterum sequuntur autorem, pertexuntque doctrinae corpus ex varijs Doctoribus, cohaerenter tamen loqui se putant vniuersi.

[1] Hier 3—4 Wörter handschriftlich getilgt.

Tertium caput emergit ex nimia definitarum rerum, quas vel formula vel S. Thomas habet, multitudine: haec enim et memoriam reddit perplexam, anxio semper Professore, ne quid forsan in S. Thoma lateat, quod in mentem non venit: et obest perpetuitati, durum enim iugum videtur, nec durabile: et perturbat concordiam inter Professores et studiorum Praefectos; nam si, auctis legibus, augetur et occasio lapsuum, augeri quoque necesse est contentiones eorum, qui monent et monentur.

Est quidem aliquod onus multitudo rerum definitarum, sed p. 32.
Constitutiones in 4. Part. Capit. 13.: „Ad tractanda, inquiunt, tam facultatum inferiorum quam Theologiae studia dispositio et ordo conueniens tam mane, quam Vesperi seruandus est. Et quamuis pro Regionum et temporum diuersitate in ordine et statutis horis studio tribuendis possit varietas accidere; omnes tamen in eo conueniant, vt ubique fiat, quod inibi magis expedire ad maiorem in literis profectum existimabitur.“

Et in Declaratione A: „De statutis, inquiunt, lectionum horis, ordine ac modo, et de exercitationibus tam compositionum (quas a magistris emendari oportet) quam disputationum in omnibus facultatibus, et pronunciandi publice orationes et carmina, speciatim in quodam tractatu per Generalem Praepositum approbato agetur seorsum, ad quem haec Constitutio nos remittit; id

duntaxat monendo, illa locis, temporibus et personis accommodari oportere, quamuis ad illum ordinem accedere, quoad fieri potest, conueniat."

p. 68. Huiusmodi tractatum conscribere cum sex Patres | iussi fuissent a R. P. Praeposito Generali, eum primarias tres in partes digessere: Ac primum de Theologia: Deinde de Philosophia: Postremo de literis humanioribus ita disseruere, vt, quaecunque ad vnum aliquod rerum caput emendandum, aut illustrandum pertinere existimabant, in vnum ea locum conferrent, quo magis in promptu ac sub vnum pene aspectum tota res haberetur ab ijs, a quibus haec omnia recognoscenda sunt; postquam vero recognita fuerint, dissecandum est hoc tanquam corpus vniuersum in sua quaedam membra, hoc est, in multiplices regulas; quarum aliae Auditoribus, aliae Professoribus, aliae studiorum Praefectis, aliae Rectoribus, aliae Praepositis Prouincialibus, aliae alijs assignandae sunt. Exempli gratia: Ad disputationes promouendas praestare quaedam debent qui docent, quaedam qui docentur; nonnulla scholarum moderatores, alia qui praesunt Collegiis; caetera caeteri. Haec tamen vniuersa vno disseruntur tractu, et tanquam vno spiritu proferuntur, vt omnis cursus ac ratio disputationum ob oculos lectoris quam facillime poneretur: postea vero sua singulis hinc excerpenda ac partienda sunt munia, et tanquam propriae quaedam leges aut commonitiones ijs, ad quos pertinent, diuidendae. Aliquas adhuc ijdem Patres interdum interposuere praefationes, aut etiam disputationes, quibus vel facultatem, de qua agunt, declarant multo pluris, quam soleat, aestimandam, vel quae sentiunt, confirmant; aduersantia refellunt.

p. 69. Id enim facto opus fuit, vt, qui haec | diiudicaturi sunt, cognoscerent, quibus ea nitantur rationibus; tametsi diiudicatione peracta, caeteris refectis ipsae, tantum decisiones retinendae euulgandaeque sint.

Et quoniam de studijs bene instituendis agitur, quoquo modo hic Praepositis nostris significanda fuerunt etiam quaedam alia, quae magnam cum studijs habent connexionem.

Porro licet generalis sit iste studiorum ordo: oportuit tamen interdum quorundam Collegiorum seu Prouinciarum fieri distinctam mentionem, eo quod ea loca ab ijs, quae statuuntur vniuersim, viderentur aliquando excipienda, seu nominatim comprehendenda peculiaribus de causis, quas operae pretium fuit et R. P. Praeposito Generali exponere considerandas, et cum aliarum Prouin-

ciarum Doctoribus communicare, vt et ipsi ijsdem de rebus, quo transigantur consultius, deliberent. —

Jam vero vt a Theologia fiat initium, ad eius informandum studium quae pertinent, in capita quaedam tribuentur. Primum enim de Scripturis: Deinde de Theologia Scholastica: Tum de Controuersiis: Postremo de Conscientiae casibus disseretur.

Nr. 9.

De Scripturis.

p. 70.

Omni sane contentione conandum videtur, vt diuinarum Scripturarum studium, quod apud Nostros parum viget, excitetur, atque efflorescat. Ad id enim nos hortantur exempla Sanctorum Patrum, qui semper vtilius atque honestius esse putarunt in Scripturas, quam in tot quaestiones incumbere: et Deum audire loquentem per Prophetas et Apostolos suos, quam in Nostris cogitationibus ac speculationibus consenescere. Magnum sane praesidium Ecclesiae positum videtur in scholasticis disputationibus, sed longe maius in vero ac germano scripturarum sensu peruestigando, ex ijs enim desumendae sunt veritates, in quibus explicandis scholastici versantur; vt commentarios sequi videantur, relicto textu, qui se totos Scholasticae Theologiae tradunt, posthabita soliditate Scripturarum. Hoc est quasi mutilos et mancos informare Theologos; qua in re Nostra Societas non audit optime, cum certatim ad Scholasticam concurratur; Scripturae vero modicus planè sit honor, exercitatio nulla. Constitutiones certe non Scholasticam solum, sed Scripturas etiam diligenter pertractari iubent P. 4. c. 12. §. 1. Quod etsi per se expetendum sit quouis tempore, praecipue tamen hac tempestate, cum haeretici a Scholastica ad Scripturam prouocant Catholicos, quos in tam sancto pioque exercitationis genere | ab Haereticis p. 71.
vinci, turpissimum est: longe vero faedissimum, quod in Transalpinis accidit regionibus, Catholicos, qui Scripturarum studio delectantur, cum eam Theologiae partem iacere apud Catholicos

animaduertant, vigere autem apud Haereticos, ad Haereticorum commentarios confugere: qui tamen, dum student aurum de stercore colligere, vt est in prouerbio, plus interdum sordium, quam auri reportant. Ea vero re nihil indignius, in Societate praesertim, quae, cum percupiat suam Theologiam necessitati temporum accommodare, et suos instruere ad pugnandum cum haereticis, nullo armorum genere minus eos muniendos interim curat, quam eo, quo propemodum solo debemus praelia domini praeliari. Quin etiam si Ecclesiae pax vigeret maxime, nihil tamen esse oporteret antiquius lectione Scripturarum: haec enim magnopere, cum in caeteris arescentem spiritum experiamur, non parum alit animorum pietatem, cuius nisi aliquo quasi pabulo recreentur qui literis vacant, paulatim feruore pristino tepescente, in externas diffluent consolationes, et inflante scientia tunc equus nimium saginatus recalcitrabit. Concionatores etiam scholasticis tantum imbuti studijs non raro in suis euanescunt cogitationibus; de Scripturis vero, quas vix primoribus labris degustarunt, aut nihil afferunt in medium, aut parum ad rem, alienis glossis et fucatis argutijs Scripturam adulterantes. Huic malo vix ali-
p. 72. ter occurri posse videtur, quam sedula Superiorum | diligentia in promouendis, exercendis, illustrandis Scripturarum studijs, et ijs, qui Scripturae vacant. Hi namque magnam susceperunt prouinciam, quam ut sustineant, multis egent praesidiis, linguarum peritia, eruditionis varietate, antiquitatis obseruatione, Scholasticae munimento, vt tuto ac proprie loquantur. Quare cum hoc opus laboriosum maxime sit, sed non adeo honorificum, non mirum, si tam pauci hoc stadium ingrediantur. Quae vero ad huiusmodi studium iuuare possent, haec fere veniebant in mentem.

1. Non haereat Professor valde in Scripturae quolibet loco, nisi id fructum non exiguum polliceatur: optandum enim est, vt aliquis fiat progressus, et laudandus videretur, qui uno anno totum, verbi gratia, exponeret Esaiam. Si quod caput paulo facilius occurrat, pauca quaedam ex toto capite difficiliora satis fuerit obseruare. Neque historiae aliaue id genus externa afferenda sunt; nisi eorum magna sit vtilitas, vt non aliud docere, quam Scripturam Praeceptor videatur; nam si aliena coaceruentur, ijs non delectabuntur, nisi pauci quidam otiosi; caeteri, qui sedulo Scripturae vacant, cum tam pauca de Scripturis animaduertant exponi, privato potius, quam publico studio, quod cupiunt, assequi sperant. Inde schola vilescit, et auditorium infrequens

est. Quodsi quis esset, qui in germanum Scripturae sensum strenue peruestigandum incumberet, eoque comperto ad reliqua gradum faceret, vt vno aliquo anno multa posset percurrere, quam plurimis | sane gratissimum esset huius lectiones frequentare. p. 73.

2. Ad inquirendum exponendumque fideliter et breuiter literalem sensum, cuius praecipuam curam oportet esse, haec fere conferre posse videntur. Primo antecedentia et consequentia conferantur. Secundo obseruentur phrases et figurae Scripturarum propriae in omnibus linguis, adductis et expositis locis alijs, in quibus similiter vel aliter vna aliqua phrasis sonat. Quo sane pacto fiet, vt intra biennium, quo Nostri Scripturae vacant, magnam harum rerum sibi comparent supellectilem, qua ad reliquorum etiam locorum intelligentiam reddantur paratiores. Tertio Hebraea quoque et Graeca explicanda sunt atque examinanda, cum vel a Latina vulgata editione discrepare videntur, ad eorum conciliationem, quoad eius fieri poterit: vel cum aliarum linguarum Idiotismi ad maiorem conferunt siue perspicuitatem, siue energiam. Hae vero aliaeve rationes si non subsint, nihil attinet demorari in Hebraeis aut Graecis exemplaribus; multo minus in eorum vocabulis explanandis lexicon significationum texere. Nec expedit magnam operam ponere in colligendis et excutiendis erroribus aliarum versionum, siue Latinarum recentiorum, siue Chaldaicae, Syriacae, Theodotionis, Aquilae, Symmachi, nisi errores et insignes sint et probabile aliquod prae se ferant fundamentum. Caeterum si quid, quod Latinae vulgatae editioni fideive nostrae mysterijs faueat, repertum fuerit vel in Paraphraste | Chaldaeo, qui apud Iudaeos in honore est, p. 74. vel in antiquis interpretationibus Aquilae, Symmachi, Theodotionis, diligenter obseruandum videtur adversus Iudaeos et haereticos; multo vero magis, si quid huiusmodi fuerit apud 70 Interpretes, de quibus honorifice semper loquendum est; et licet non constet, quid illorum sit in editione Graeca, quae nunc extat, quare non est necesse, quicquid in ea legitur, incorruptum esse; si quis tamen locus Interpretum a Patribus plerisque allegatur ac recipitur, defendendus esset. Quarto ad id etiam conducunt Pontificum et Conciliorum Canones, qui, si quem esse significent cuiuspiam loci literalem sensum, aut ex eo loco fidei dogma aliquod ex instituto constabiliunt, eum Nostri literalem esse sensum defendant; nec fere oporteret alios praeterea literales sensus superaddere, nisi eximiae quaedam faueant coniecturae. Quinto Pa-

trum quoque vestigijs veneranter insistant, et quem plerique omnes Patres sensum aut literalem, aut allegoricum esse tradiderunt, eum ut talem complectantur, memores professionis fidei, quam ineundo magisterium iurarunt. Imo cum de vno aliquo sensu inter Patres non conuenit, si quam Patrum interpretationem a multis iam seculis Ecclesia videtur complexa, ab illa non recedant; tanto magis, si aliae Patrum expositiones diuersae quidem sint, non contrariae; si quod autem est fidei dogma, quod fere quam plurimi Patres aut Theologi ex Scripturis probare contendunt, non dicant Nostri, id ex Scripturis probari non posse; |
p. 75. potius, si qui probare non possunt, id relinquant. Sexto non sequantur Rabinos [sic], vt duces, tum quia plerunque nihil supra carnem et sanguinem sapiunt, tum quia verum sensum Scripturarum iam tradidit Christus Apostolis eorumque successoribus, tum quia parum fidendum est nostrae Religionis aduersarijs. Quare cauendi potius sunt, nec illis autoritas vlla concilianda est, ne ad eos auditores afficiantur. Idem fere iudicium de quibusdam recentioribus Christianis interpretibus, qui, plus nimio sequuti Rabinos, de uulgata editione Latina male merentur. Si quid tamen isti vel Rabini afferant, quod vel vulgatae editioni, vel mysterijs fidei faueat, praetermittendum non videtur: caetera vero rarius, etiam si Nostris contraria non sint, sed tantum diuersa.

3. Interpres Scripturae in quaestionibus parcior sit, suique instituti esse putet, solum vel praecipue veram verbi Dei intelligentiam tradere. Quare si in aliquem Scripturae locum incidat, quo Theologi scholastici in aliqua disputatione communiter vti solent, in eam questionem non digrediatur: indicet solum, quantum is locus ponderis habeat ad eam quaestionem definiendam. Quin etiam si quis locus nobis cum haereticis controuersus sit, controuersiam ex eo loco nascentem non explicet, sed grauiter et strenue conetur ostendere, illi loco non aliam sententiam congruere, quam Catholicorum. Ipsas etiam quaestiones Scripturis proprias tractet breuiter, et non more scholastico, nec in
p. 76. varia temporum | supputatione, aut in perscrutandis Terrae sanctae locis, aut in huiusmodi parum utilibus multum temporis ponat; autores, qui de ijs plene disserant, satis erit indicare.

4. Moralia, si nota sunt ac trita, verbo vno significentur, annotatis Patrum locis, in quibus haec luculentius habentur; sin adeo peruulgata non sunt, et sapiunt ingeniosum ac per-

spicax aliquid, non videntur praetermittenda, cum Scripturae lectione non disputatores tantum et lectores, sed concionatores etiam informandi sint: idem iudicium sit de sensibus Allegoricis.

5. Libri Historici non explicandi sunt per quaestiunculas, quas aliquando Patres vsurparunt: cum enim in disputando nostrum seculum maxime versatum sit, plus periculi est, ne in disputando, quam ne in contextu explicando haereamus. Quare tanquam fundamenti loco summa capitis perstringatur initio; deinde ad singulas sententias earumque continuationem descendatur, et si quid est egregium, in singulis annotetur: tametsi cum totum fere caput dilucidum est, siue habeatur in libris historiarum, siue in libris prophetarum, summa capitis satis fuerit, vt fiat ad difficiliora progressus. Tandem quo distinctius res tota tradatur, librorum aliqui explicandi sunt ad longum, ut Iob, Psalmi, Prophetae, Ecclesiastes, Cantica, Prouerbia, prima capita Geneseos, Euangelia, Epistolae Canonicae et Apocalypsis; caeteri libri percurrantur summatim, annotatis locis solum | difficilioribus p. 77.
quorumlibet capitum, nec liber vno anno inchoatus in alterum reseruetur finiendus.

6. In delectu librorum, qui quolibet anno legendi sint, haec fere videntur seruanda. Primo abstineatur a repetitionibus earundem rerum: quare si duo aliqui libri communem sortiantur materiam, dum vnus exponitur, inseratur, quicquid proprij habet alter, ita vt ex vtroque tota materies integretur, et vno exposito alterum seorsim interpretari non sit necesse. Hoc modo se habet Deuteronomium ad tres proximos alios libros Mosis; Paralipomenon ad libros Regum, et quatuor Euangelia inter se, quae sic videntur exponenda, vt ex ijs Monotessaron conficiatur. Secundo Nouum et Vetus Testamentum alternis annis enarrentur. Tertio non tam frequenter recurrendum videtur ad eundem librum interpretandum, nisi explicata prius maiore fortassis parte librorum praecipuorum. Nam iste recursus frequens nullam affert vtilitatem: cum enim libri omnes non possint ijsdem auditoribus explicari, oportet eos semper carere praecipuis aliquot libris, et fructum, quem ex quibusdam non capiunt, capere possunt ex alijs; contra vero crebra eorundem librorum iteratio facit, vt paucorum librorum habeatur notitia, et in ijsdem semper consenescamus. Quod si subinde alij et alij variarentur, intra paucos annos praecipuae scripturarum difficultates explicarentur, et per scriptorum communicationem plures reperirentur, qui Scripturam

p. 78. possent interpretari, et, habita iam | fere omnium praecipuorum locorum notitia, certius et accuratius in singulis exponendis versaremur. Hactenus de Scripturis: nunc ad Scholasticam Theologiam.

Nr. 10.

p. 79. # De Tempore, Quo Scholasticae Theologiae curriculum perficiendum sit.

Cap. I.

1. Primum quidem non pauca sunt, quae non minus quinquennio Theologiam totam explicandam esse declarant. Nam primo quadriennij breuitas obest magnis progressibus nostrorum Scholarium, vt excellentes nunquam vel raro euadant: experientia enim docet, nunquam exacte potuisse quadriennio perlegi Theologiam totam, imo neque primarias quaestiones.

2. Quia in aliquot Academijs magnam sibi Nostri autoritatem compararunt accurata et quinquennali Theologiae pertractatione, ita ut Episcopi, Inquisitores, alijque multum nobis deferant et nostris acquiescant sententijs, cum aliquid dubij occurrit: ruet haec existimatio, nisi ijsdem vijs, quibus parta fuit, conseruetur.

3. Constitutiones aperte desiderant, ut Nostri excellant in Theologia, sed si quadriennium praescribunt, id factum fuit ex eo, quod tunc nondum coeptum fuerat tam sedulo in Casus conscientiae et in Controuersias incumbi, quae, cum postmodum accesserint, plus exigunt temporis.

p. 80. 4. Omnium iam Academiarum obtinuit vsus, vt | quinquennium Theologiae impendatur: magnum sane praeiudicium de nimia breuitate quadriennij.

5. Multae Theologiae partes nondum perfectae sunt, nec eas perficiendi spes reliqua fiet, si circumscripto quadriennio non tam curandum sit, vt aliquid addatur, quam vt multa resecentur, imo opiniones, quas nunc passim damnamus, possent aliquando iure quodam suo reuiuiscere, tanquam nondum plene

examinatae; et vix poterimus esse parati, ut oportet, ad satisfactionem omni poscenti nos de ea, quae in nobis est, spe et fide.

6. Egregios Scholastici nostri optant facere progressus in studijs, ne vincantur in oppositionibus, per quas nunc beneficia consequi debent, cum praesertim nostri Theologi in ijs concursibus frequenter confligant cum Casistis et Canonistis: quorum facultates, si a nobis leuiter attingantur, (quod et oportet, ut vacetur grauioribus,) vilescet Theologia, cum praelati praeferant versatos in Casibus et sacris canonibus tanquam gregi vtiliores. Neque vero sperandum est, vt, quam in scholis excellentiam in Casibus alijsque id genus adepti non sunt, priuatis studijs adipiscantur. Id enim indiget longo tempore, copia librorum, praestantia ingeniorum alijsque, quae omnium esse non possunt.

7. Nostri praeceptores fient doctiores, si plus eis temporis tribuatur ad quaestiones excutiendas: et satisfacient magis Scholaribus, qui, si nonnunquam contemnunt sui magistri commentarios tanquam futiles, quid externi facient minus affecti bene?

8. Valetudo tandem Praeceptorum periclitabitur, si laborem, p. 81.
in quinque annos commode diuidendum, totum exantlare cogantur quadriennio, cum praesertim ad laborem tam multa, quae sparsa sunt, colligendi, accedat et onus resecandi, quae minus vtilia sunt, in quo delectu et tempore et acri iudicio opus est: nec libenter intra horam effunditur, quod multis diebus et vigilijs collectum est.

His non obstantibus videtur sufficere quadriennium. Primo quia Constitutiones huc inclinant. Nam in 4. Parte, Cap. 15. „Theologiae, inquiunt, curriculum sex annis emetietur. In primis quatuor ea omnia, quae legi oportebit, praelegentur.“ Quibus verbis non solum praescribitur quadriennium auditoribus ad audiendum, sed etiam Professoribus ad legendum, et quidem omnia, quae praelegenda sunt. Et infra: „Quarto quoque anno ordinarie cursus inchoabitur, sic libris praelegendis distributis, vt quolibet quatuor annorum quiuis studiosus inchoare possit, et quod reliquum est incoepti quadriennij, et eius quod sequitur quadriennij vsque ad illum terminum, vnde incoeperat, audiendo, quatuor annis peragere omnino cursum Theologiae possit.“ — At non rediret auditor post quadriennium ad terminum, vnde incoeperat, si adhuc intermediae superessent materiae quinti anni.

Neque obstat, quod in Declaratione dicitur D: „Si talis esset rerum status in aliquo Collegio vel vniuersitate Societatis, vt secundo quoque anno inchoare melius videretur, vel aliquanto
p. 82. post quartum, de consensu | Generalis vel Prouincialis fieri poterit, quod magis conuenire experimento comperietur.“ Non obstat, inquam, tum quia aliud est generalem legem condere, aliud cum aliquo Collegio dispensare, de qua dispensatione loquuntur Constitutiones: tum quia dicunt: „Aliquanto post quartum annum.“ Quod ex proprietate verborum paucos significat menses, non annum integrum.

2. Quia vsus Collegij Romani vltra viginti octo annos satis docuit, quatuor annos sufficere etiam ad doctrinae excellentiam comparandam nostris auditoribus, si ingenio non careant, quales multi ex Collegio Romano per hos annos prodiere.

3. Si quintus annus conceditur, paulo post petent et sextum; sunt enim praeceptores in suis inuentis amplificandis naturaliter profusi, et ampliato tempore in multis, plusquam oportet, volent morari, congestis undique materijs ad suas quaestiones locupletandas. Quare iretur in infinitum: argumento est Eborens. Collegium, contentum aliquando quadriennio, et duobus Scholasticis Doctoribus: deinde ad ampliorem splendorem additus est tertius Doctor Scholasticus: tum extendi coepit Theologiae curriculum in partem quinti anni; nunc integrum petunt annum quintum.

4. Si in quinquennium Theologia extrahatur, vel toto eo tempore audient nostri, vel non. Si audient, nihil incommodius Societati, tum propter iacturam magnam valetudinis, quae vix sufficit quadriennio, praesertim Transalpinis in Italia degentibus,
p. 83. tum | propter longum taedium eorum etiam, qui bene valent, tum quia ob penuriam operariorum vix quatuor annos habere possunt, nec habere poterunt crescente quotidie numero Collegiorum, et multis iam senescentibus, tum quia est praeter vsum omnium Academiarum, excepta sola fortasse Conimbricensi. Sin quatuor tantum annis audiant studiosi, Praeceptores vero Theologicas quaestiones partiantur in quinque annos, frequenter accidet priuari auditores primarijs aliquot materijs, quas per se non sine magno labore, copia librorum et otio possunt consequi, etiam egregio qui sint ingenio, nisi priuatim rescribere velint, quae alij audiendo exceperunt: id quod multo laboriosius est, quam audire in scholis. Huc accedit, paucis exceptis, qui designantur

ad magisterium Theologiae vel Philosophiae, caeteros solere a superioribus statim post quatuor annos occupari vel in concionibus, vel in confessionibus, vel in scholis inferioribus, vel in administrationibus locorum Societatis, ita ut, si quas materias non audierunt, nulla reliqua sit spes illis studendi seorsim.

5. Multo satius est inire modum legendi bonum, quam tempus extendere. Hoc enim et nocet valde, nec semper fieri potest. Illud vero et per se expetendum est, et, si adhibeatur, nulla temporis prorogatione indigebimus, circuncisis his, quae vel inutilia, vel minus necessaria sunt, vt infra praescribetur.

6. Iisdem de causis nec necessarium est addere | tertium p. 84.
Doctorem Scholasticum, tum quia nimium onerarentur Collegia, tum quia opprimerentur scholares tot lectionibus, tum quia in auditorum exercitationibus in tres doctores diuidendis magna esset confusio, tum quia aliquando neque tertio essent contenti, sed peterent etiam quartum, quo liberius possent singuli suas materias locupletare, tum quia non tam multi suppetunt ubique doctores egregij, quales oportet esse Theologiae Professores, tum quia addendi essent plures discipuli, qui possent subinde succedere praeceptoribus, eorum aucto numero, tum quia remedia, quibus quinti anni necessitas tollitur, tollunt et indigentiam tertij Doctoris.

Tametsi hae rationes tanti ponderis esse non videantur, vt nusquam tres Scholasticae Theologiae Professores tolerandi sint: Quinimo concedi possent tum vbi primae fundationis ratio tres exigit; tum vbi nulla est lectio Casuum et aegre potest introduci; tum generaliter vbicunque Collegii prouentus ferre possunt eiusmodi sumptum, nec deest copia Professorum, et auditorum tam numerus quam valetudo tot lectionibus impar non est. Haec quibuscunque Collegijs praesto fuerint, satius est tres esse Professores: quia leuatur Professorum labor diuisus in plures, nec quilibet cogitur multa assiduo studio colligere, ex quibus pauca proferat in publicum: id quod valde laboriosum est et quaestionibus maturius examinandis incommodum. Adde, quod, cum publice docendo doctores | egregij fieri soleant, quo plures docent, pluribus abunda- p. 85.
mus egregijs doctoribus. Quocirca nonnullae Religiosorum familiae, quo sibi numerosiorem Doctorum copiam comparent, plurimos varijs in locis conantur habere Professores, cum pro auditorum numero pauci satis essent. Apud nos contra, quo Theologia ad pauciores contrahitur Professores, eo minus eorum numerus propagatur, et qui nunc docent tanta studiorum contentione citius

conficiuntur. Auditores etiam et minus intelligunt, et magis defatigantur audiendo scribendoque duabus horis properanter, quam tribus paulatim. Conscientiae quoque casus tunc a theologiae Professore condiscerent quidem magis libenter et accurate.

Quibus positis facile respondetur ad rationes contrariae opiniones de quinquennio.

Ad primam: patebit ex remedijs infra tradendis.

Ad secundam: sufficit tuendae autoritati nostrorum primo accurata tractatio praecipuarum quaestionum iuxta illud „ex vngue leonem“: si quidem in caeteris brevitas videbitur studiose quaesita propter angustias temporis; secundo prudentia in discernendis, quae breuius, quae vberius tractanda sint; tertio vicissitudo amplificandi in alio quadriennio, quae in superiore decursa fuerant.

Ad tertiam: Constitutiones scriptae sunt post multas haereses nostri temporis: quare et Pater Olauius viuente P. Ignatio tractabat
p. 86. Controuersias, quarum cognitio necessaria scholastico si non | posset quadriennio comparari, id significaretur in Constitutionibus; erat et tunc frequens vsus Casuum conscientiae; iubemur tamen absoluere Theologiam quadriennio, et experti sumus, id fuisse satis pluribus ad excellentiam doctrinae: consistit ea namque potius in accurato examine praecipuarum rerum, quam in effusione quadam complectente omnia.

Ad quartam: varius est vsus Academiarum, constat enim in quibusdam rem totam confici quadriennio; sed quicquid sit de alijs, nostrarum certe et externarum scholarum dispar est ratio, propter quam non minus profici potest in nostris quadriennio, quam in externis quinquennio, tum quia nostri Professores sunt fere laboriosiores; tum quia habemus frequentiores exercitationes, tum quia nostra Societas, cum multis egeat operarijs, necessariam sibi poscit scientiae perfectionem, non otiosam illam externorum, qui, de hac re cum soliciti non sint, quo minus laborent, in plures diuidunt lectiones quod in pauciores poterat contrahi, tum quia externorum vacationes sunt fere diuturniores aut crebriores.

Ad quintam: omnibus amplificandis ne quinquennium quidem satis esset. Item quae vno quadriennio non possumus, locupletemus in altero.

Ad sextam: omnia fere Collegia, in quibus Theologiam profitemur, vel habent tres Scholasticos praeceptores, quorum tertius implet egregie vicem quinti anni, vel duos Scholasticos et vnum |

Casistam, aut etiam duos, ex quibus peti possunt morales mate- p. 87.
riae pro concursibus. Imo si Casistam non audiant, sed quadriennalem Scholasticam cum praecipuis fundamentis moralium, melius se gerent in concursibus, quam Canonistae, quia disputatio, quae fit in concursibus, fere potius est de generalibus principijs moralium, quam de Casibus particularibus. Adde, quod istos nec haberent in quinquennio semper, cum ipsi audiant quadriennio; et si volunt quintum annum addere, possunt ea audire vel transcribere ex Casista.

Ad septimam: accurata tractatione praecipuorum, faciliorum autem alternatione per quadriennia satisfiet vtrisque.

Ad octauam: valetudini satis consuletur, si docti elegantur, si tempestiue moneantur, si alijs non grauentur occupationibus; si quaedam relinquant, vt casus particulares, vt plenam tractationem Controuersiarum, vt principia moralia propria libris Ethicorum: horum enim lectio instituenda est, ut infra dicemus.

Quibus Adiuuandi Remediis Duo Professores, p. 88.
vt Theologiam emetiantur quadriennio.

Cap. II.

1. Recognouimus omnes S. Thomae Quaestiones et Articulos, ut perspiceremus, tum quae praetermitti, quae explicari debeant materiae; tum quae quibus locis exponendae sint, ne bis intra idem quadriennium tractentur; tum quae accurate, quae mediocriter, quae breuiter essent edisserendae. Tandem notatis quibusdam quaestionibus, quae praeteriri possent: alijs, quae plenius explanandae sint, alijs, quae in pauca contrahendae, visum est commode posse Theologiae curriculum distribui hoc fere modo, vt ex duobus Professoribus explicet unus primam S. Thomae Partem et Primam Secundae et dimidium Secundae Secundae quadriennio: Alter reliquum Secundae Secundae et Tertiam partem. Neque enim prima Pars exigit minus quam sesquiannum,

et tantundem Prima Secundae; neque minus postulat aut Secunda Secundae quam biennium, aut tertia Pars quam triennium.

2. Expedit vero non solum in genere constituere, vt quilibet Professor suas partes intra quatuor annos perficiat, sed etiam
p. 89. singulis annis suos praefigere | terminos, tum ne, si suas partes praelegat citius, quam oportet, ante finem quadriennij necesse sit redire ad initium Theologiae, vel post finem quadriennij aliquas reijcere quaestiones, si tardius progrediatur; tum quia, si liberum esset metiri, quomodo velint, annum quemlibet, dummodo suas partes quadriennio peragant, cum quilibet annus sit quibusdam auditoribus quartus et ultimus, aliqua nonnullos materia defraudari saepe contingeret; tum quia concessa hac libertate non liceret Praefecto seu Rectori tardiorem aliquem Professorem urgere ad progrediendum: responderet enim, se iam satis diligenter inijsse suas rationes, vt quadriennio suum pensum persoluat: qua in re non solum alios, sed etiam seipsum falleret saepenumero. Termini itaque singulorum annorum videntur statuendi.

3. Hi vero termini sic videntur definiendi, vt prior Professor primo anno 43 Quaestiones 1. Part. explicet. Secundo materiam de Angelis et 21 Quaestiones 1. 2. Tertio a Quaestione 55. vel a Quaestione 71. ad finem 1. 2. Quarto de Fide, Spe et Charitate cum controuersiis de Scripturis, de Traditionibus, de Concilijs, de Ecclesia, de Pontifice Romano. Alter vero Professor primo anno exponat de Justitia et Jure (exceptis contractibus, qui discendi sunt a Casuum Professore) et praecipua quaedam de Religione, vt de Voto, de Juramento, de Simonia. Secundo de Incarnatione, et, si potest, percurrat etiam Sacramenta Confirmationis, Ordinis, Extremae unctionis. Tertio de Sacramentis in
p. 90. genere, | de Baptismo et Eucharistia. Quarto de Poenitentia et Matrimonio, exceptis Impedimentis eiusdem Matrimonij et Censuris Ecclesiasticis, quae (sicut inferius explicabitur) audient Theologi a lectore Casuum, quia, ijs nisi materijs exonerentur Theologi Professores, grauiora Theologiae capita festinanter et cursim deuorare cogentur, vt neque subtilitatibus speculationum, neque moralibus institutionibus faciant satis, sicut apparet ex valde ieiunis commentarijs eorum, qui, cum vtrasque partes explere ac praestare se posse pollicerentur, quaestionum momenta indicare potius, quam expendere voluisse visi sunt. Auditoribus vero Theologiae satius est haec Moralia, quae in Theologiae curriculo nequeunt audire, a Professore Casuum discere, quod cum dignitate et fructu non

modico in Collegio Romano olim factitatum est, quam ea vel ignorare, vel sero tandem suopte ingenio et labore velle consequi, cum id et operosum valde sit, et a paucis fiat, aut fieri possit, et interea accidant pleraeque res, quae sine harum rerum scientia nec tuto nec commode transiguntur: cum praesertim euenire posset, vt aliquando non desint qui Theologiae studia sibi satis esse arbitrentur, vt quorumlibet audiant confessiones et, cum interrogantur, de conscientia peccatisque respondeant.

4. Vbi vero tres fuerint Professores, Theologiam sibi partiantur hoc modo. Professor primus anno primo enarret 26 Q. 1. Part.; secundo reliquas, quas poterit; tertio quicquid poterit ex 1. 2. ante Q. 81.; quarto reliquum 1. 2. | Secundus lector p. 91. quadriennio Secundam Secundae explicet. Et primo quidem anno declaret controuersias de Scriptura, de Ecclesia, de Concilio, de Papa. Secundo anno Fidem, Spem, Charitatem. Tertio anno de Justitia et Jure, de Restitutione, de Vsura, de Contractibus, quantum potest, disserat. Quarto persequatur, si qui contractus superfuerant, et addat quae de Religione et Statibus disputat S. Thomas. Tertius lector quadriennio Tertiam Partem exponat, ita vt tres annos diuidat iuxta rationem materierum [sic] et terminorum, de quibus supra dictum est: vnum vero annum censuris Ecclesiasticis impendat, prorsus vt tres illi lectores praestent quod alibi fit per duos Scholasticos Professores et vnum Casistam, quem propterea illic a Theologis audiri non oportebit.

5. Si quando S. Thomas eandem difficultatem partitur in plures articulos, eosque distrahit in distantes quaestiones, ne idem bis repetatur, licebit Praeceptori coniungere in vnum, quae ad eandem difficultatem spectant ex multis articulis, vt vna integretur quaestio, et semel res tota sub oculos ponatur auditoribus. Qui vero nolet ea coniungere, caueat, ne idem duobus repetat locis.

6. Quae propria sunt Logicorum, Physicorum, Metaphysicorum supponantur, vt alibi tractata; et si quid ex ijs necessarium proprio subiecto Theologiae fuerit, potius recitetur, quam disputetur.

7. In pertractandis Controuersijs, quae in qualibet S. Thomae Parte occurrerint, seruet Scholasticus | Scholasticam potius, quam p. 92. Historicam rationem: et satis esse putet quamlibet conlusionem duobus ant tribus illustribus fundamentis munire: diluere etiam totidem fere praecipuas haereticorum calumnias: indicet tamen in singulis autorem quempiam, in quo caetera plenius legi possent; quod

erit deinceps facilius, editis Patris Bellarminij libris: sic enim et Theologia adaptabitur nostris temporibus magna ex parte, vt sciat auditor, si quando oporteret, cum haereticis disputare quadamtenus, et Scholastica subtilitas non impedietur valde. Transalpini vero, quod de ipsis alibi definitur, obseruent.

8. Intelligat Professor, non omnes eadem diligentia quaestiones esse tractandas: sunt enim earum tres fere gradus et ordines. In primo primariae quaedam sunt, quae plena et accurata indigent explicatione. In secundo mediocres, in quibus satis erit duas fere praecipuas referre opiniones, et quamlibet conclusionem paucioribus argumentis probare, soluere vero totidem contraria. In tertio faciliores seu leuiores. In quibus S. Thomae mens explicanda semper est; sed aliquando addenda sunt praeterea unum aut alterum ex dubijs literalibus, si sint, vel quaestiuncula, in qua non explicetur, nisi opinio fere vna probatissima; conclusionibus annectantur vna vel altera ratio, et totidem soluantur obiectiones; aliquando sufficit explicare mentem S. Thomae per suas conclusiones. Aliquando, proposito titulo Articuli, dicatur tantum: Respondet S. Thom. negatiue vel affirmatiue.

p. 93. 9. Ex quaestionibus, quae sunt ex eo numero, vt non nisi mediocriter seu breuiter exponi debeant, expedit, quae in vno quadriennio breuius tractantur, in alio tractari paulo plenius per alium praeceptorem: de quo monendi essent principio quadriennij a Praefecto studiorum, cuius erit obseruare, quae superiore quadriennio perstricta, quae amplificata fuerint, vt praescribere possit, quid sequenti quadriennio dilatandum, quid contrahendum sit: proderit enim esse in Ecclesia et in Societate omnes materias luculenter tractatas, vt, si quando alicuius vsus accidat, in promptu sit quo recurratur: et qui aliquas breuius audierunt, si cupiant eas habere plenius explicatas, habeant unde petant.

De Ratione Ac Modo Praelegendi. p. 94.

Cap. III.[1]

1. Frequentem S. Thomae lectionem Auditoribus suis Professores commendent, et ipsi praeeant exemplo; nec in accumulandis quaestionibus suis ita sint profusi, vt S. Thomae exponendo vix locus aliquis reliquus fiat. Dubitandum est enim, ne paulatim excidat nobis e manibus S. Thomas, cuius doctrinam tanti facit Ecclesia, quemque nostrae Constitutiones legendum praescribunt, cum S. Thomas probe intellectus praebeat fundamenta ad tuendas omnes Catholicas veritates: quare parui faciendae non sunt illius distinctiones et rationes: sed explicandae et aliunde muniendae, cum alijs in locis se ipsum explicet. Itaque principio tamquam fundamenti loco S. Thomae Articulus interpretandus est hoc fere modo. Titulus articuli primum continuetur atque explicetur, si quid habet obscuri: tum distinctio, si qua est, ex cuius membris conclusiones S. Thomae pendent: mox conclusio primaria S. Thomae: dehinc aliae ut appendices ponantur, quarum singulis, nisi perspicuae sint, annectatur aliqua ratio S. Thomae: veruntamen non nisi nudas conclusiones scribant auditores continuationis gratia, vel etiam aliud quid, si obscurum sit: si quid etiam indicari | ex libro operae pretium sit, quia nequit erui a discipulis, p. 95.
id indicetur. Dehinc dubia litteralia edisserantur, tum quaestio, si qua mouenda sit.

2. In quaestionibus pertractandis non adducantur opiniones obsoletae, absurdae, inutiles, perspicue falsae. Conclusiones vero non probentur, nisi praecipuis quibusdam argumentis. Non coaceruentur obiectiones, nisi potissimae: nec vnius cumulentur frustra solutiones. Aliquando etiam ex iactis fundamentis patere facile potest solutio; quare seorsim soluendae non sunt: sed si ex fundamentis solui nequeunt, soluendae sunt, aut non proponendae. Denique nimij non sint Professores in ipsis autorum verbis recitandis, cum sententia satis sit, nisi aliud res postulet: satius vero esse credant pauca Doctorum testimonia proferre fideliter, quam multa, quorum ipsos fontes attente non explorauerint.

[1] Die folgende meisterhafte Abhandlung möchte auch heute noch eingehende Aufmerksamkeit verdienen.

3. Regulariter non fiant tractatus, sed seruetur ordo S. Thomae, nisi cum vel illius ordo obscurior distractiorve est; vel cum materia aliqua in compendium videtur redigenda; vel cum addendum est S. Thomae, vt de Ecclesia, de Papa etc. Dummodo in ijs prius S. Thomae mens (quatenus haberi potest) exponatur, vt sit potius ordinata quaedam S. Thomae explicatio.

4. Nusquam dictetur, nisi explicatione omnium fere, quae dictantur, vel praeposita, vel interposita, vel postposita; nec introducatur mos dictandi vbi non est. Vbi vero est, conandum
p. 96. est, ut tollatur, | quoad eius fieri poterit, multis de causis: et

a. primo sane, quia repugnare videtur Constitutionibus: nam 4. Parte C. 6. Lit. I: „Videant Superiores, inquiunt, num conueniat, Scholasticos classium inferiorum libros papyraceos habere, vt scribant in eis lectiones: et inter lineas et ad marginem quod oportebit annotent; prouectiores in humanioribus litteris et alijs facultatibus chartam secum ferent ad ea, quae audierint vel eis occurrerint notatu digna, annotanda, ac postea maiori cum ordine digesta transferent in libros papyraceos quae in posterum conservata velint.“ — Non indicant itaque Constitutiones, tempus, quod in audiendo ponitur in scholis, opportunum esse plene et ordinate excipiendis ijs, quae[1] dictat praeceptor: id enim postea faciendum esse significant, in scholis vero scribendum esse, quo memoriae defectui consulatur, vt expresse ibidem dicitur in textu.

Item §. 16. „Absoluto, inquiunt, studio ad eius repetitionem qui destinatur poterit ex ijs, quae ad eam facultatem pertinent, si eidem Rectori visum fuerit, in scripta breuius et accuratius redigere ea, quae prius in lectionum decursu scripserat, cum minori doctrina praeditus erat.“ Indicant igitur suo ea iudicio et delectu scripsisse, non excepisse dictata.

Ibidem Litera[2] O.: „Huiusmodi scripta fieri non debent, nisi ab ijs, qui maiori doctrina et clariore et iudicio pollent, et reliqui
p. 97. horum labore frui poterunt.“ Potius dictatis a Praeceptore, | si haec dictanda essent, frui deberent. Item: „Conueniret etiam a magistro approbari.“ At si dictauit, quae approbatio maior expetenda est?

Infra: „Alij annotationibus praeceptoris iuuari possunt.“ Non igitur id commune futurum est, sed quibusdam peculiare,

[1] In Orig. „qua“.

[2] Von diesem Kap. an wechselt die Schreibung litera und littera, während früher die erstere festgehalten ist.

neque de ijs dicitur posse iuuari dictatis, sed annotationibus praeceptoris, quas nempe praeceptor traderet domi transcribendas.

b. Hic mos dictandi inauditus fuit antiquis ante 40 annos fere: nec tamen minus docti tunc auditores, quam modo.

c. Conceptio communis est dictare non esse legere: aliud item esse scribere ad poliendum commentarium, aliud solum ad memoriae consulendum per breuia capita et allegationes; et si quando autoris ea sunt, qui habeatur in manibus, superuacaneum esse scribendi operam.

d. Viua vox magis afficit, exprimit, imprimit, excitat, suspendit attentionem, explicat: quae omnia languent in emortua dictatione; neque faciunt satis qui postea addunt explicationem: nam vtrunque tempus videtur amissum. Dum enim dictatur, intenti sunt potius scribendo, quam intelligendo, cum praesertim, antequam sententia aliqua integretur, principij fere subeat obliuio, scribatur etiam sine respiratione vlla, quae legente et explicante praeceptore frequens esse potest. Dum vero postea fit explicatio, partim quia defessi sunt, partim quia putant se habere iam doctrinam in papyro, vel abeunt, vel oscitant, vel relegunt scripta ad vi | dendum, si quid desit. p. 98.

5. Praeceptor, postquam dictavit, satisfecisse putat muneri suo; explicationem breuiter deglutit tamquam rem laboriosam, egentem memoria, promptitudine, facilitate explicandi, orationis copia: quare paulatim euanescet in nihilum, vt in quibusdam fit iam Academijs.

6. Plus temporis perditur: nam cum dictata explicat Professor, cogitur etiam clariora repetere, vt continuet rerum suarum contextum: quod legenti non est necessarium, sed haec statim praeteruolat. Adde, quod, cum quisque studeat res suas polite dictare, multis non necessarijs onerantur scribentes.

7. Dictatio[1] cum exigat tres quadrantes, duos explicatio, addendum est tempori, quo praeceptores sint in schola, siue legendo, siue assistendo repetentibus, et confunditur ordo scholarum, confusis lectionum signis [Glockenzeichen].

8. Quantum taedij non scribentibus, praesertim etiam Praelatis aliquando et illustribus viris![2] Numquid monendi sunt, vt non adsint, dum dictatur, sed cum postea explicabitur? Ergo per

[1] Dieser Satz begann vordem mit dem handschriftlich getilgten und überflüssigen „Quia."

[2] Die ehrenhalber die Vorlesung besuchen.

dimidiam horam tantum intererunt, et pauca videbuntur esse; et audient assuetum languidae dictationi et scriptis fidentem minusque in explicando exercitatum.

9. Assuefaciendi sunt auditores, vt suas faciant res, quas audiunt, et suo iudicio ac delectu scribant: sic intelligent melius et magis excitabuntur.

p. 99. 10. Si quid inter legendum excidat Professori, si non penitus, at facilius dissimulari posset vbi non dictatur.

Vnum est incommodum, quod discipuli non videntur posse recte scribere, si non dictetur, siue ob legentis celeritatem nimiam, siue quia ex multis, quae in explicando dicit praeceptor, nesciunt necessaria seligere, et dum aliae et aliae phrases adduntur, perturbantur, scribunt incomposite, inepte et aliquando cum erroribus. Sed responderi potest, in posterum esse lecturos vel eos, qui nunc primum incipiunt praelegere, vel assuetos iam diu in dictando. Si nunc primum, prius exerceantur priuatim, donec eam ineant praelegendi rationem, vt pars maxima possit breuiter annotare necessaria, quae non habeantur in uulgatis et in promptu positis autoribus, haec enim scribenda fere non sunt, sed notanda loco. „Pars maxima“ dixi, non enim propter paucissimos tardiores incommodandum est toti Scholae: scribant quae possunt: quae nequeunt, pro ijs relinquant spatia quaedam vacua, mox complenda priuatim aliorum auxilio.

Haec autem praelegendi ratio posset esse eiusmodi fere:

Primum tota propositio aliqua vno fere spiritu pronuncietur, non verbatim interposita mora; eadem totidem verbis repetatur, quod erit signum, eam scribendam esse, et eo tono et mora propositionis, praesertim in obscuris et lubricis, vt paulatim assuescant auditores
p. 100. modo praeceptoris et discant distinguere scribenda a | non scribendis. Dum vero ea propositio scribitur, praeceptor interim se detineat vel explicando eam pluribus clarioribusue phrasibus, vel afferendo exemplum seu similitudinem, vel exaggerando rem, vel eandem consequentiam alio ordine texendo, vt clarior appareat, vel subnectendo ratiunculam non necessariam scribentibus; immo si fert professor sua scripta in Scholam, posset in eis habere selectas quasdam phrases breuiores, licet non obscuras, quibus comprehendat paucis scribendas propositiones: longioribus enim non vtentur, nisi in explicatione. Haec ratio si ineatur, fere omnes scribent necessaria, et si qua minus recte, id animaduertent in repetitione, si velint attendere, et qui ea scripta legerit, laudabit

vt scripta memoriae gratia[1]; nec otiosum desiderabit commentarium.

Qui vero longae assueuerunt dictationi, tentent hanc praelegendi rationem; quam si desperant, nec sunt qui in locum ipsorum sufficiantur, pergant, donec sit aliorum copia. Id quod etiam concedi posset, vbi Nostri saepius tentarunt desistere a dictando, et discipuli diffugere. Tametsi minus diffugerent, et minus quererentur, si omnes ad praelegendum egregie incumberent, amota dictatione: nam si vnus dictat et alit pigritiam delicatorum, alter non, quis dubitat futuras gratiores delitias [sic], quam labores et spinas? Imo dictatione fiunt quotidie pigriores, vt plus semper temporis exigant: vicissim sine dictatione fiunt quo | tidie celeriores, p. 101.
vt minus temporis opus sit.

Sicubi dictandum fuerit, tribus horae quadrantibus dictetur, duobus autem explicetur. Sin post dictationem exeunt auditores, nec retineri possunt[2], interponatur explicatio. Vbi vero non dictatur, per horam praelegatur.

Catalogus Quaestionum, p. 102.
quae a Theologo tractandae non sunt; | vel, si tractantur, non tractandae, | nisi certo quodam loco, | nec in alio repetendae.

Cap. IV.

Erit hujus Catalogi multiplex vsus. Vnus quidem, vt resecentur a Theologia quaestiones aliquae, quae ad Theologiam non spectant, id quod erit ad breuitatem et ad tuendam Theologi dignitatem consultissimum. Alter, vt, quae edisserendae sunt a Theologo, pluribus locis in eodem quadriennio non repetantur, licet earum mentio et opportunitas saepius occurrat in S. Thoma. Eiusmodi namque repetitio et tempus deuorat rebus aliis desti-

[1] Im Orig. „gratiae".
[2] Beweis von der Freiheit der Studenten des 16. Jahrh.

natum, et si a diuersis fiat Professoribus, eos ad dissensionem invitat. Postremus, ne pro arbitratu de loco ad locum quaestiones transponantur: tum quia, licet nonnullae multis conueniant locis, vni tamen potissimum: tum quia cauendum est, ne, hac transpositione concessa, Professor vnus in alterius inuadat tanquam segetem et agrum: tum quia, quamuis ea loca, ad quae transferri posset vna aliqua quaestio, ad eundem pertineat Professorem, non tamen semper ad eundem ejus annum. Quodsi liceat Pro-
p. 103. fessori suas quaestiones de anno in annum | reijcere, accideret non raro, eos auditores, qui ad sequentem annum peruenturi non sunt, dilatis quaestionibus defraudari. Itaque quid quoque anno tractandum sit vnicuique, certum esse oportet. His vero quaestionibus, quae ad eundem et Professorem et annum spectant, licet in Catalogo proprius indicetur locus, non ita seuere tamen, vt intra eum annum transponi nequeant, si videbitur Professori. Tandem quoscunque S. Thomae Articulos, Quaestiones, materias praecidendas aut ad Scripturae lectorem reijciendas esse demonstrat Catalogus, plenas tantum earum prohibet explicationes, non breuiorem aliquam, si velit Professor et vacet.

Ex Prima Parte S. Thomae.

Q. 1. A. 1. Non videtur disputandum hic de S. Thomae solutione ad secundum, quia Philosophica est, sicut et quaestio de Potentia neutra. Vtrum insit homini naturalis appetitus ad claram Dei visionem, differatur in 1. 2. Quaestio item de necessitate doctrinae reuelatae remittatur ad 2. 2. vbi agitur de necessitate Fidei.

A. 2. Quae pertinent ad naturam scientiae, et ad subalternationem scientiarum, non disputentur hic, sed supponantur ex Logica.

A. 3. Non tractetur hic de rationibus formalibus obiectorum: neque an scientia sit vnus simplex habitus et qualitas in genere: haec enim Philosophorum sunt: sed his suppositis sufficit
p. 104. quaerere, | an Theologia ex aliqua ratione peculiari sit vnus habitus et vna simplex qualitas.

A. 4. Non disputentur, sed supponantur quae dici solent de speculatiuo et practico, vt sunt differentiae scientiarum.

A. 5. Non tractetur, quid sit certitudo assensus, quid firmitas, quid veritas, quid euidentia, et quotuplex, sunt enim Logicorum.

Vtrum Theologus possit euidenter et suas conclusiones probare, et diluere aduersariorum argumenta, non hic tractetur, sed in 2. 2. A. 8.

An decuerit Scripturam abundare metaphoris et parabolis, et an Sacrae literae apertae, et clarae sint, relinquantur lectori Scripturae et Controuersiarum, sicut etiam tractatus de sensibus Scripturae. A. 9.

Non explicetur, sed ex Logica supponatur, quid et quotuplex sit propositio per se nota et immediata: nec rationes S. Thomae, quibus demonstrat Deum esse, confutentur, sed potius corroborentur. Q. 2.

An aliquod corpus moueat immotum, et an viuens nobilius[1] sit non viuente, et an Aristoteles recte probauerit Deum esse incorporeum, relinquatur Philosophis. Q. 3. A. 1.

Nihil hic de principio indiuiduationis. A. 2.

Non tractetur de distinctione suppositi et naturae, pertinet enim ad 3. Partem. — Quomodo distinguantur in creaturis esse et essentia, relinquatur Metaphysico. A. 3.

In Quaestione, an Deus sit in praedicamento, rescindantur quae sunt propria Logicorum. Quaestio | vero, an Angeli et Coeli sint in praedicamento, tota Logico relinquatur. A. 4. p. 105.

An simplicitati diuinae repugnet personarum et relationum pluralitas, non tractetur hic, sed infra Q. 28. A. 2. A. 7.

An aliqua perfectio, quae formaliter sit in Deo, libere ei conueniat, differatur in Q. 19. A. 2. An autem relatio diuina secundum se sit aliqua perfectio, remittatur ad materiam de Trinitate. Q. 4. A. 1.

Praetermittatur, et ex Metaphisica [sic] supponatur, Quid sit bonum. Q. 5.

Quid Aristoteles senserit de Dei infinitate, relinquatur Philosopho. Q. 7. A. 1.

An creari possit aliquid infinitum in quantitate, vel in qualitatibus naturalibus, Philosophi est disputare. An autem creabile sit aliquid infinitum in genere substantiae, disputetur hic: an autem in qualitatibus supernaturalibus, a Theologo disseratur, sed in 2. 2. Q. 24. A. 7. tantummodo. A. 2. 3. 4.

[1] mobilius?

Q. 8. De ubiquitate humanitatis Christi non tractetur hic, sed in 3. Parte.

Q. 9. An Angeli et Coeli sint entia necessaria et immutabilia, non est quaestio huius loci.

Q. 10. Tempus discretum pertinet ad hunc locum.

Q. 11. De vno, vt est passio entis, nihil dicat Theologus, cum sit metaphysica res.

Q. 12. A. 1. Non hic agatur de naturali appetitu visionis Dei, sed in 1. 2.

A. 3. An repugnet in subiecto quanto inhaerere accidens spiri-
p. 106. tuale, vel in subiecto immateriali accidens | corporale, differatur in materiam de Eucharistia.

A. 6. Tractare de inaequalitate praemiorum, sicut et meritorum, pertinet ad 1. 2.

A. 8. De cognitione beatifica animae Christi non disputetur hic, sed in 3. Parte.

A. 12. An puro viatori possit communicari euidens notitia abstractiua Articulorum Fidei, non hic disputandum est, sed supra Q. 1. A. 1.

Q. 13. A. 3 sq. De distinctione attributorum et essentiae nihil hic repetatur, si de ea disputatum est Q. 3.

A. 5. Non disputetur de Analogia entis, cum spectet ad Metaphysicum.

A. 7. Nihil hic dicatur de relationibus in genere, cum id Metaphysicae speculationis sit.

A. 8–12. Modi, quibus sumitur nomen Dei, et ea, quae dici solent de nomine Tetragrammato, relinquantur Interpreti Scripturae.

Q. 16 sq. Disputatio de vero et falso Metaphysici negotii est.

Q. 19. A. 9. 12. An Deus sit causa peccati, et an teneamur voluntatem nostram diuinae conformare, pertinent ad 1. 2.

Q. 22. Non moretur Theologus in explicanda Peripateticorum aliorumque Philosophorum sententia de prouidentia Dei.

Q. 23. A. 1. Ad quem finem ordinaretur homo, si non esset finis supernaturalis, non disputetur hic, sed in 1. 2.

A. 3. Quid agendum sit ei, cui sua damnatio reuelaretur, non tractetur hic, sed in materia de Spe.

p. 107. A. 5. De praedestinatione Christi, et quomodo Christus sit causa nostrae praedestinationis, relinquatur 3. Parti.

Q. 24. Exactior disputatio de libro vitae pertinet ad Interpretem Scripturae.

An actio sit in agente vt in subiecto, quaestio Physicorum est, non Theologorum. Q. 25. A. 1.

An Deus per se solum possit efficere rem, quae est peccatum, pertinet ad 1. 2.; sicut ad 2. 2.: An possit per se, vel per alium dicere falsum. A. 6.

Nihil hic de Beatitudine in genere, vel de nostra. Q. 26.

De verbo mentis nihil aliud tractetur, quam an producatur ab intellectu nostro, vt terminus actionis, et quomodo ab ea distinguatur: nec fiat longa tractatio de Trinitate probanda ex Scripturis. Q. 27. A. 1.

An pili et capilli in animalibus viuant, relinquatur Philosopho. A. 2.

Non disputetur, an amatum sit in amante, neque an notitia concurrat actiue ad actum voluntatis, prius enim ad Philosophiam, posterius ad 1. 2. pertinet. A. 3.

Quaecunque Cajetanus, vel alii hic disputant de Relationibus in genere, relinquantur Metaphysico. Q. 28. A. 1 seq.

Quid suppositum addat supra naturam singularem, pertinet ad 3. Partem. Q. 29.

An euidenter dilui possint argumenta contra mysterium Trinitatis, pertinet ad credibilitatem articulorum Fidei, de qua agitur in 2. 2. Q. 1. A. 4. Q. 32.

De varia censura et qualitate propositionum non disputetur hic, sed in materia de Fide. A. 4. p. 108.

Non disputetur hic, quomodo persona diuina distinguatur ab essentia, si Q. 28. tractatum fuit de distinctione relationum et essentiae. Q. 39.

De visibilibus signis, in quibus apparuit Spiritus Sanctus, commodius disputare potest Interpres Scripturae. An autem illa hypostatice vnita fuerint Spiritui Sancto, pertinet ad 3. Partem. — — Item an apparitiones visibiles, quae in veteri seu nouo Testamento tribuuntur Deo, fuerint factae immediate per Deum, an per Angelos, non fuse tractetur hic, sed in Scripturae interpretatione. Q. 43.

An motus Angelorum possit fieri in instanti, supponit multa Philosophica, quae hic non tractentur. Id quod etiam seruetur in iis, quae disputantur Q. 54. A. 1. et 3. Q. 53.

Ex Prima Secundae.

1. A.1. p. 109. Hic nihil, aut breuissime disserendum est De deliberata voluntate, De consensu perfecto et imperfecto, et quid sit hominem esse domiuum suarum actionum; haec enim locum suum habent inferius. Item nihil hic dicatur de causalitate finis; est enim quaestio Physica.

A. 2. An Deus agat propter finem, pertinet ad 1. Partem in materia de voluntate Dei. Item vtrum natura agat propter finem, quaestio Philosophica est. Igitur de his nihil hoc loco dicendum videtur.

A. 3. Cauendum est, ne hic et inferius eadem quaestio disputetur, nempe: Vtrum actus hominis recipiant speciem a fine. Leuiter igitur hic attingatur, et plene disseratur inferius.

A. 4. Quomodo bonum sit sui diffusivum, non disputetur hoc loco.

Q. 2. Vel omittatur, vel compendio exponatur, cum tota in Ethicis Aristotelis contineatur.

Q. 3. A. 1. An Deus videatur a Beatis visione Dei increata, hic explicetur, non in 1. Parte.

A. 2. An habitus sit melior suo actu, non videtur hic explicandum, cum sit Q. Philosophica, et inferius habeat suum locum.

A. 3. De perfectione sensuum in corpore glorioso eiusque dotibus hic et Q. 4. A. 6. aliquid dicatur, si vacat, cum ad materiam de nouissimis non peruenietur. Item an Deus videri possit per aliquem sensum, seu sensitiuam notitiam, non hic, sed in 1. Parte disseratur.

A. 4. In quo consistat summa miseria damnatorum, non explicetur hoc loco, sed inferius, ubi de poena peccati agitur.

A. 5. Nihil dicatur de intellectu practico et speculatiuo, nec de praxi et speculatione.

A. 6. Omittatur vel breuiter attingatur Caietani commentarius in hunc locum.

A. 7. De obiecto intellectus, et utrum anima naturaliter possit cognoscere substantias separatas, non disputetur hoc loco, sed relinquatur Philosophis.

4. A.1. p.110. Quicquid hic disseri solet de differentia delectationis, amoris, et fruitionis, differatur in Q. de frui et uti. Item an cum visione Dei possit aliquo modo stare tristitia, reijciatur in 3. Partem, ubi quaeritur, an Christus secundum rationem superiorem passus sit.

An delectatio quaeratur propter operationem, an contra, tractetur in Ethicis: hic vero nihil, vel breuissime. A. 2.

An animae sanctorum a corporibus separatae statim Deum videant, hic tractetur, non in 1. Parte. A. 5.

Quae sunt propria visioni beatificae, relinquantur 1. Parti, et solum disputetur contra haereticos de inaequalitate praemiorum in genere. Item an haec inaequalitas tollat, quominus habeat satiatum appetitum, qui minus beatus est. Q. 5. A. 2.

Relinquatur fere 1. Parti totus. A. 3.

Nihil dicatur de merito, aut de necessitate luminis gloriae. A. 5.

An vero appetitu ordinato magis appetat damnatus non esse, quam sic esse, pertinet ad quaestionem de poena peccati. A. 8.

Non disseratur hoc loco De libero arbitrio contra haereticos, sed in materia de gratia. Q. 6. A. 1.

Vnde proueniat, quod homo sui compos sit proprie liber et dominus suorum actuum, tractetur infra in quaestione de electione. A. 2.

Nihil dicatur de pura omissione. A. 3.

Disputetur hic, an voluntas possit cogi, non autem, an possit necessitari, quia de hoc inferius tractandum est. A. 4.

Quomodo metus irritet matrimonium, votum, iuramentum et contractus, reseruetur 2. 2. et 3. Parti. p. 111. A. 6.

Difficultates de ignorantia reseruentur in Q. 76. A. 8.

Plenior consideratio circumstantiarum non est huius loci, cum de illis saepe inferius disserendum sit. Q. 7.

De concursu Dei cum nostra voluntate non hic disputetur, sed in 1. Parte. Nihil etiam dicatur de fortuna. Q. 9. A. 1.

Nihil hic disseratur de praescientia seu praedefinitione actuum liberorum, neque de gratuita motione, qua Deus mouet voluntatem humanam. A. 4.

Non videtur hic quicquam disserendum vel de obiecto spei, neque an possit beatus frui diuina essentia non fruendo personis, vel vna persona et non aliis, hoc enim pertinet ad 1. Partem. Q. 11.

Non tractetur, vtrum intellectus possit simul multa intelligere. Q. 12. A. 3.

Non disseratur hic, vtrum aliquando liceat consulere minus malum. Q. 14.

De consensu formali, vel interpretatiuo, et an pertineat ad rationem superiorem, inferius tractandum est. Q. 15.

Q. 17. Quomodo ratio imperet membris externis, nempe despotice, an politice, disputare Philosophi Moralis est: breuiter igitur hoc loco expediatur.

Q. 18. A. 1. Variae acceptiones boni et mali differantur in materiam de peccatis: ibi enim tractari potest de entitate illa morali. Item
p. 112. controuersia cum haere | ticis, an omnis actio humana sit mala, differatur in materiam de gratia.

A. 9. Vtrum in homine existente in gratia detur aliquis actus indifferens ad meritum et demeritum, disputetur in materia de merito.

A. 11. Praetereantur ea, quae pertinent ad confessionem circumstantiarum.

Q. 20. A. 5. Haec difficultas repetitur in materia de peccatis: quare in eum locum reseruetur, exposito hic solo textu S. Thomae.

Q. 21. A. 4. Difficultates huius Articuli differantur in materiam de merito. — Quaestiones, quae sunt inter 21. et 71., omitti possunt. Sed si cui vacauerit, explicet pauca de habitibus et de virtutibus in genere.

Q. 71. A. 4. Quomodo peccatum virtutes praesertim infusas expellat, non hic explicetur, sed in 2. 2.

Q. 72. A. 2. Relinquatur interpreti Scripturae illa quaestio, vtrum daemones possint coire cum foeminis[1]: quamuis in materia de Angelis aliquid ea de re possit attingi.

A. 5. Nihil hic de distinctione mortalis et venialis.

A. 8. Haec difficultas satis explicata manet ex Q. 18. A. 5.

A. 9. Non repetantur, quae supra de circumstantiis dicta sunt.

Q. 73. A. 8. Non descendatur ad casus particulares de scandalo vel restitutione: neque hic tractetur, vtrum is, qui alium ad peccatum
p. 113. inducit, gravius peccet quam | qui occidit, pertinet enim ad materiam de scandalo.

[1] Gegen die Hexenprozesse trat bekanntlich zuerst ein Jesuit, P. Friedr. von Spee, und zwar mit Lebensgefahr auf in der berühmten Schrift: „Cautio criminalis seu de Processibus contra Sagas, liber ad Magistratus Germaniae hoc tempore necessarius, tum autem Consiliariis et Confessariis Principum, Inquisitoribus, Judicibus, Advocatis, Confessariis reorum, Concionatoribus lectu utilissimus, auctore incerto Theologo Romano.“ Rinthelii, typis exscripsit Petrus Lucius. 1631, 8°, pp. 398. Zweite Aufl. Francof. 1632, 8°, pp. 459. Über die folg. Aufl. s. de Backer u. d. W. – Fr. v. Spee zu Langenfeld geb. 1595, in die G. J. eingetreten 1615, † zu Trier 7. Aug. 1635, begraben in der dortigen Jesuitenkirche.

De infinita malitia peccati adversus Deum commodius tractatur in principio 3. Partis. A. 9.

Non tractetur, quae fides requiratur ad salutem. Q. 76. A. 2.

Nihil dicatur de immediato Dei concursu cum secundis causis. Q. 79.

Vtrum Deus aliquem necessariis auxiliis ad salutem destituat, non tractetur hoc loco, sed in materia de praedestinatione et reprobatione. A. 3.

Immaculata Conceptio B. Mariae non est huius loci, sed 3. Partis, ubi etiam, dum de eiusdem sanctificatione agitur, tractetur quoque de fomite, et quomodo ligetur, aut tollatur. Q. 81. A. 3.

Quomodo natura lapsa differat a puris naturalibus, tractetur in materia de gratia. Q. 85.

Vtrum, dimissa culpa, maneat reatus poenae, reseruetur in materiam de Poenitentia. Q. 87. A. 6.

Quomodo Deus peccata patrum puniat in filiis, relinquatur Interpreti Scripturae. A. 8.

Expositio Pauli relinquatur lectori Scripturae. Q. 89. A. 2.

De primis motibus sensualitatis in infidelibus satis esse videntur, quae superius de primis motibus dicta sunt. Vtrum autem omnia opera infidelium sint peccata mortalia, differatur in materiam de gratia. A. 5.

Non disputetur hic, vtrum peccent, qui poenae metu legem seruant: nec vtrum Deus peccata permittat, an velit. Q. 92.

Disputatio de cessatione legalium differatur in materiam de Baptismo. Q. 103.

Quid intersit inter modum praecepti et eius substantiam, et vtrum modus charitatis sit in praecepto, non disseratur hic, sed in materia de Legibus. Q. 109. A. 4. p.

Materia huius articuli differatur in Q. 114. A. 7. A. 5.

Non disputetur hic de macula peccati, nec de reatu poenae, nec de corruptione boni naturalis, nec de aliis huiusmodi, quae in materia de peccatis explicata sunt. A. 7.

An gratia ponat aliquid in anima, vel hic tractetur, vel in Q. 113. de iustificatione A. 2. Q. 110.

Gratiae gratis datae earumque explicatio plenior relinquantur interpreti Scripturae. Q. 111. A. 1. 4.

Vtrum Deus insignes aliquos peccatores necessariis auxiliis destituat, non hic explicandum est, sed in materia de praedestinatione. A. 3.

Nihil hic dicatur de causalitate Sacramentorum circa gratiam. Q. 112. A. 1.

A. 2. Vtrum gratia primi hominis et Angelorum in eorum creatione data fuerit, supposita ipsorum dispositione, non hic tractetur, sed in 1. Parte.

A. 3. Non videtur hic agendum de contritione continuata Caietani, vel de intensione Scoti, pertinent enim ad materiam de poenitentia.

Q. 113. A. 4. De necessitate fidei in Christum ante vel post Euangelium promulgatum non hic disputetur, sed in 2. 2.

A. 7. Vtrum augmentum gratiae detur in principio, an in fine actionis meritoriae, et vtrum, si operatio meritoria successiua sit,

p. 115. ipsa etiam gratia succes|siue augeatur, melius reseruantur in quaestionem de augmento Caritatis in 2. 2.

A. 8. De numero et ordine et necessitate omnium actuum, qui concurrunt ad iustificationem, hic disputetur, non in materia de poenitentia.

A. 10. Vtrum in homine detur naturalis potentia ad gratiam, non disputetur hic, quia non multum differt ab illa, qua quaeritur de naturali appetitu et capacitate Beatitudinis circa princ. 1. 2.

Q. 114. A. 6. Nihil hic de merito Christi dicatur, cum pertineat ad 3. Partem.

A. 8. Vtrum per quaelibet opera augeatur gratia et Caritas, reseruetur in materiam de Caritate in 2. 2.

Ex Secunda Secundae.

Q. 1. Hic disputandum est de Ecclesia, de Scriptura, de Papa, de Traditionibus alijsque locis Theologicis.

Q. 4. A. 3. Non tractetur hic, sed infra in materia de Caritate, an Caritas sit forma omnium virtutum in genere.

A. 6. Supponatur Fidem esse vnum habitum, nec disputetur, an sit simplex qualitas.

Q. 5. A. 2. Nihil de Fide Angelorum in genere, de hac enim in materia de Angelis, sed hic tantum, an fuerit Fides in primo Angelo, si erat ei euidens, Deum esse, qui loquebatur et reuelabat ei mysteria.

Q. 6. Non nisi breuissime, quia difficultas in materia de gratia tractatur.

16. Q. 10 A. 2. Quaestio de baptizandis pueris infidelium reseruetur in materiam de Baptismo.

Q. 23. A. 1 ?. Materia huius Articuli non hic discutienda est, sed in Quaestionibus de gratia: vbi etiam de distinctione caritatis et gratiae: sed an caritas sit virtus specialis, hic in Articulo 4.

Nihil hic de contritione, sed tantum, an Deus sit summe diligendus intensiue, seu solum aestimatiue; quod in materia de poenitentia non repetatur. Q. 26.

In materia de merito non hic disputetur, vtrum retributio meritorum apud Deum sit secundum iustitiam commutatiuam, an distributiuam. Q. 61.

Ex Tertia Parte.

Nec de potentia obedientiali videtur hic agendum, cum pertineat ad 1. Partem in Q. de omnipotentia Dei: nec de Incarnationis possibilitate, cum ad Q. 2. huius partis pertineat: nec de distinctione suppositi et naturae, sed remittatur ad Q. 3. Tandem, an sit de ratione boni se actu communicare, pertinet potius ad 1. P. in Q. de bonitate Dei, vel in Q. de libero arbitrio Dei. Q. 1. A. 1.

Quomodo nos satisfaciamus pro peccatis, et quomodo satisfactio nostra nitatur satisfactioni Christi, differatur in materiam de Poenitentia. A. 2.

Omittenda videntur dubia Caietani de peccato originali. A. 4.

De aduentu Messiae contra Judaeos non disputet Scholasticus, sed interpres Scripturae, cum ea res | nitatur Scripturis, quae, si diligenter examinentur, occupant multum temporis; si breuiter, non potest res tanta firmiter probari propter multa Judaeorum subterfugia et cauillationes. A. 6. p. 117.

An in Deo sint tres subsistentiae, et an essentia secundum se subsistat, an per relationes, non hic disputetur, sed supponatur ex 1. Parte in materia de Trinitate; utrum autem possit vnum essentialiter dependere a multis dependentia causali, supponatur ex Philosophia. Q. 3.

Non disputetur de esse objectiuo contra Scotum, sed supponatur ex 1. Parte in Q. de scientia Dei. Q. 4. A. 4.

Non videtur huc pertinere quaestio Caietani, an anima reuersa ad corpus retineat suam propriam terminationem. Q. 6. A. 3.

An materia propria formae sit ante aduentum formae, relinquatur Philosopho: sicut et illud, an realiter totum distinguatur a partibus. A. 4.

An virtus heroica differat specie a virtute communiter dicta, supponatur ex Philosophia morali, vel ex 1. 2. Q. 7.

An humanitas Christi actiue concurrat ad infusionem gratiae et ad opera miraculorum, cum habeat eandem difficultatem cum Q. 8. A. 1.

Sacramentorum causalitate, ideo ne saepe repetatur idem, possunt ista coniungi, et simul tractari in materia de Sacramentis in genere.

A. 2 sq. Non videtur disputandum, qui sint, aut non sint membra Ecclesiae, cum id pertineat ad materiam de Ecclesia.

p. 118. A. 5. Aliena videtur ab hoc loco illa quaestio Caietani, Quomodo sequatur ex eo, quod actus habeatur secundum quandam eminentiam, quod sit actiuus omnium aliorum eiusdem rationis.

Q. 9. A. 1. An intelligere diuinum possit communicari animae Christi, pertinet ad 1. 2. Q. 3. A. 1.

Q. 10. A. 2. Ea, quae ad cuiusque Beati statum pertinent, quando, et quomodo videantur, non tractetur hic, sed in 1. Parte, sicut et reliqua, quae pertinent ad visionem in communi.

Q. 11. A. 1. An viator possit habere notitiam euidentem abstractiuam Trinitatis, non huc pertinet, sed ad 1. Partem.

A. 5. Quicquid de habitu hic disputari solet in communi, supponatur ex Philosophia, vel ex 1. 2.

Q. 18. A. 4. Quae actiones dicantur humanae, quae non humanae, Q. est 1. 2.

Q. 22. De Christi Sacrificio incruento in coena, et de ratione Sacrificii et hostiae in communi, commodius disputatur in materia de Eucharistia et Missa. Item de Sacerdotio Melchisedech, et ut fuit figura Christi, melius est, ut disputet Scripturae Interpres.

Q. 24. Non repetantur hic, quae pertinent ad praedestinationem hominum et Angelorum.

Q. 25. Omittenda videntur, quae hic nonnulli tractant de phantasticis imaginibus et variis daemonum illusionibus.

Caeterae quaestiones de Incarnatione possunt omitti, praeter
p. 119. sex fere, quarum prima sit de officio Me|diatoris: ubi etiam aliquid de inuocatione Sanctorum dicendum est. Secunda de Conceptione B. Mariae. Tertia de miraculis Christi propter quosdam haereticos nostri temporis, qui vim miraculorum Christi, quantum possunt, elevare conantur. Disputare autem de miraculis in genere, et quae possibilia sint Deo, pertinet ad Q. de omnipotentia Dei in 1. Parte. Nulli vero creaturae esse possibilia, fere disputatur in materia de Angelis. Quarta, an sint in Christo duae filiationes, sed non disputetur in genere, Num vna numero relatione possit quippiam referri ad diuersos terminos. Quinta, an ratio superior sit passa in Christo. Sexta de descensu Christi ad inferos contra Caluinum.

De Sacramentis in genere.

Quaestio, an Sacramentum sit in aliquo praedicamento, non videtur admodum digna Theologo. Q. 60.

Vtrum semper, etiam in lege naturae, fuerit necessaria Fides, non huc pertinet, sed ad 2. 2. Q. 61.

Vtrum Deus possit vti creatura tanquam instrumento ad creandum, videtur potius esse 1. Partis in materia de creatione. Q. 62.

De Baptismo.

Omittantur quaestiones quaedam absurdiores, qualis est illa, vtrum asinus possit bibere baptismum.

De solemnitatibus et caeremoniis Baptismi breuiter.

Nihil dicatur de cognatione spirituali in baptismo contrahi solita, sed ad matrimonium transmittatur. p. 120.

De poena paruulorum sine baptismo decedentium non tractetur hic, sed in materia de peccato originali in 1. 2.

Sacramenta Confirmationis, Ordinis, Extremae Unctionis tractentur prout vacauerit plene, vel breuiter, aut etiam praetereantur, cum et facilioria sint, et habeatur in promptu, vnde peti possint.

De Eucharistia.

An quantitas distinguatur a substantia, Philosophis relinquatur, sicut et illud, de quo Scotus hic disputat, an accidens possit producere substantiam.

De figuris Eucharistiae multiplicibus earumque comparationibus vel nihil, vel breuiter.

De Poenitentia.

An repugnet sine vlla infusione qualitatum supernaturalium, vel sine vllo poenitentis actu iustificari peccatorem, et an poenitere, sicut oportet, indigeat Dei auxilio gratuito, pertinent ad 1. 2. de iustificatione. Illic etiam agendum est, non hic, de ordine inter dispositionem et infusionem gratiae.

An in peccatore post peccatum transactum aliquid aliud remaneat praeter obligationem ad poenam, supponatur ex 1. 2. in materia de peccato.

An aliqui destituantur auxilio necessario ad poenitendum, pertinet ad materiam de praedestinatione. p. 121.

Vtrum poena damni sit eadem in omnibus damnatis, pertinet potius ad materiam de peccatis et eorum effectibus.

Quaestiones de Restitutione, de Eleemosynis, de Ieiunio, de Oratione, de Correptione fraterna remittantur ad 2. 2.

Multa etiam, quae ad casus conscientiae spectant, relinqui possent.

De Matrimonio.

Omittendum videtur, quod a quibusdam hic tractatur, an virginitas sit virtus, et qualis virtus.

An maleficium maleficio possit dissolui, pertinet potius ad 2. 2.

Matremne an vxorem occidere sit grauius, non est huius loci.

De substantia voti tam simplicis, quam solemnis tractandum potius videtur in 2. 2. quam hic.

---

p. 122.

De Repetitionibus.

Cap. V.

[1.] Praeceptor post lectionem saltem per quadrantem maneat in aliquo loco commodo scholae, vt a Nostris, multo magis ab externis possit interrogari. Interim optabile est, vt discipuli, qui possunt, in schola contineantur, vbi repetant terni, vel quaterni, neque surgant, nisi pauci, qui accedunt ad praeceptorem interrogandum: neque prohibendi sunt audire tunc praeceptorem respondentem, si possint et velint. Optimum vero foret, si quis a Praeceptore designatus audientibus aliis breuissime repeteret lectionem, vel duo tresue per partes: ea vero repetita, fierent interrogationes, ad quas responderet vel aliquis auditorum, vel praeceptor: qua in re, si excedatur quadrans, non esset inutile, dummodo adsit praeceptor, et eos in officio contineat. Vbi id durum esset externis, res posset inchoari per Nostros: paulatim alij inuitarentur, praesertim qui sunt in conuictorum alumnorumue Collegijs vel Congregationibus. Quae tamen sicubi aegerrime seruari possunt, retineatur loci consuetudo, dum Professor post lectionem moretur aliquantisper interrogandus.

2. Domi quoque fiant repetitiones quotidie praeter festa,
p. 123. vacationes et sabbatha: omnes parati ve|niant: interrogabit

autem Praeses, quos ipse volet, nec pauciores quam tres per quadrantem. Vbi id non est in vsu, introducatur quantum potest. Vbi vero id tentatum non cessit, praemoneantur tres ad totum, sed per partes tunc dividendum a Praeside: nemo vero repetat ex scripto, sed memoriter. Neque putetur inutiliter expendi istum repetitionis quadrantem, tum quia Constitutiones repetitionem vnius, alijs audientibus, praescribunt distinctam a mutua concertatione: tum quia exercetur memoria, tum quia id prodest futuris magistris, vt assuescant coram alijs suas cogitationes explicare, tum quia fierent pigriores in annotandis, quae oportet, si ab ijs repetendis liberi forent. Post quadrantem vero repetitionis disputetur, et quidem a tribus, a quolibet per quadrantem, tribus etiam quotidie, quo plures excerceantur, respondentibus. Id enim temporis satis est, si rigor formae seruetur; et cum iam nihil noui affertur, praecidatur argumentum; si quando vero contingeret non esse locum tertio, differatur is in sequentem repetitionem eiusdem materiae: sed si vel ob materiae difficultatem, vel ob ingeniorum qualitatem, vel ob numerum discipulorum id seruari non posset, aut frequenter contingeret tertio deesse locum, duo sint satis, et si quid temporis aliquando superesset, dubia proponantur. Antea vero quam quaestio aliqua finiatur, de ea nullus argumentetur.

3. Professores liberandi videntur (nisi forte malint non liberari) a domesticis repetitionibus: ijs | vero praeesse poterit ali- p. 124.
quis, qui absoluto Theologiae cursu vacat illi repetendo, vel alius; ad hoc vero onus ac laborem non videntur Professores obligandi: primo quia Constitutiones supponunt abesse praeceptores a repetitionibus: [a.] sic enim 4. Part. Cap. 6. H. habetur: „Quod ad repetitiones attinet, curet Rector, vt certis quibusdam horis in Scholis vel domi fiant, vno quidem repetente, et alijs audientibus, et quae difficilia occurrerint, mutuo proponentibus, et si quid erit de quo constituere inter se non possint, magistrum adeant.“ — b. Ita fit in Lusitania, et bene cedit. — c. Alij, qui praeerunt repetitionibus, fient doctiores et exercebuntur ad magisterium. — d. In hyeme interrumpitur praeceptorum tempus commodissimum studio, in aestate vero coguntur aestuare sub meridiem. — e. Quia nonnunquam pauci sunt Nostri, et optimi quique mittuntur ad Collegia Conuictorum et Alumnorum, vt non vtilissime videatur collocari opera Praeceptoris. — f. Quia si cui non satisfiat a praeside, potest id proponere in publica disputa-

tione, vel conuenire praeceptorem in cubiculo: ad id enim praescribet ille horam sibi non incommodam. — Erunt autem in repetitionibus modesti et obsequentes praesidi: si quando secus fecerint, deferantur per censorem aliquem: crebro etiam visitentur a Praefecto studiorum, nonnunquam a Rectore, et interdum a Praeceptore. tametsi praeses si caeteris fere senior fuerit et magna ingenij existimatione, pauci non ei concedent libenter: si
p. 125. quis tamen professor dictat | tantum, et non explicat, abesse non debet a repetitionibus. Idem sit iudicium, cum deesset qui id muneris commode admodum praestare possit.

4. Vbi sub initium Julij studia solent ita remitti, vt in facultatum superiorum classibus a prandio non legatur, eo tempore vsque ad octauum fere diem Septembris repetantur audita toto anno, distributis primarijs materijs per praeceptorem: vnus repetat praecipuas conclusiones cum vno vel altero argumento per quadrantem: duo argumententur contra duos alios. Repetantur autem vnius Professoris quaestiones hebdomada vna, altera vero alterius, ita tamen, vt hebdomada qualibet interponantur duae praesentium lectionum repetitiones, vna vnius, altera alterius Professoris. Praeter hoc semel in hebdomada, forte die Dominico, ingeniosioribus quarti vel tertij anni Professor, in cuius hebdomadam is dies Dominicus cadit, assignet amplas aliquas et illustres materias, quas vnus aliquis vicissim commutandus explicet ornate per dimidiam horam cum apparatu et aliorum conuentu ad exercitationem et recreationem: reliqua dimidia hora defendat quod legit, argumentante vno vel altero. Vbicunque etiam duobus vacatur mensibus, introducatur huiusmodi repetitio per mensem primum vacationum, et ita distributis, qui exeunt vicissim ad villam, vt numero mediocri sustentetur haec exercitatio.

---

p. 126.

De Disputationibus.

Cap. VI.

[1.] In Sabbato, vel (si id vetus Academiae consuetudo exigat) Dominico die a prandio Professores vicissim habeant proprias in Scholis disputationes, et quidem per duas horas, nempe dimidia hora post commune principium Scholarum, nisi vbi mul-

tiplex externorum concursus longius eas protrahi suaderet. Si duo in hebdomada fuerint festa, vel vnum festum cum recreationis die, legendum potius, quam disputandum videtur in Sabbato. In Lusitania, quo haec seruari possint commodius, cum duobus diebus cessatur, praetermittatur tunc actus feria 5. solitus haberi.

2. Dominicis etiam diebus defendantur conclusiones publice. Id enim magis congruit Constitutionibus P. 4. C. 6. n. 10. vel si id fieri nequit, priuatim | a Nostris sub praeceptore, qui proximo sabbato non disputauit, idque per sesquihoram. Et vbi non potest adesse praeceptor, praesit alius: argumententur tres, quilibet hora dimidia. Ad id Lusitani non sunt obligandi propter frequentes actus et quotidianas quattuor lectiones et paucas relaxationes.

3. Ad haec quolibet mense, praeter aestiuos duos vltimos, communes ac generales fiant in Scholis | disputationes mane et vespere p. 127.
toto tempore Scholarum, si Professores sint tres: sin duo, duas horas non excedant, nisi id externorum frequentia Doctorum subinde breviter argumentantium postulet. Quot fuerint Professores, totidem et auditores defendant, vnius quilibet Professoris quaestiones, et moderante universam disputationem Praefecto studiorum: praesideant e scamnis Professores, quilibet suo, et instent aliquando: nec vnus prosequatur, quod alter jam examinavit. Quilibet argumentator contra duos disputet defendentes, quorum, quatenus fieri potest, qui mane fuerat prior, sit a prandio posterior. Argumententur non minus, quam tres mane, totidem a prandio: Intersint ijs menstruis disputationibus alij quoque Doctores Nostri ad instandum aliquando, saltem per horam mane, vel a prandio. Externi quoque Doctores inuitari possunt a defendentibus ad argumentandum: sed in priuatis sine delectu Praefecti id non fiat. Instaré tamen vel novum inserere argumentum prohibendi non sunt.

4. Praeter hebdomadarias et menstruas disputationes fiant et ab anni quarti auditoribus actus publici: quorum aliqui sint particulares, hoc est, vnius partis Theologiae, et durent usque ad Pascha. Idque vel in sabbato, quo omittantur aliae disputationes, vel in festo minus celebri, vel aliter feriato die: alij sint generales, hoc est, totius Theologiae, et hae conclusiones (nisi consuetudo id nequaquam ferat) imprimantur, et sint eaedem com|munes omnibus Nostris: Externi namque proprias habere p. 128.
possunt. Incipiant vero post Pascha et sic distribuantur, ut

mane et vespere commode fiant, et vnus reservetur in ultimam hebdomadam, qua studia finiuntur, alter etiam in primam hebdomadam, qua studia renovantur. Porro particulares actus per duas horas et dimidiam habeantur mane tantum, aut solum a Prandio: generales vero vtroque tempore, vel, sicubi non solent in sabbatis a prandio scholae frequentari, mane extrahantur ad quattuor vel quinque horas, vt moris est in Gallia: sicubi vero Nostri priuatim Theologiam audiunt, conentur et ipsi hos actus celebrare publice, invitatis externis aliquo cum apparatu.

5. Ad hos utrosque actus seligantur auditores magis ingeniosi iudicio Praefecti et consilio Professorum: quorum auditorum quilibet suum particularem habebit: suum etiam generalem, nisi aliud obstet, plures enim illum, quam hunc sustinere possunt, et admoneantur in renouatione studiorum, tunc distributis cuilibet partibus Theologiae in actus particulares. Praesideant vicissim Professores vel alij Doctores nostri si fuerint: argumententur non minus, quam tres, quorum primus sit Doctor. Eborae satis esset introduci actus particulares propter frequentes externorum actus ad gradus suscipiendos.

6. Conclusionum iste sit modus. Vna conclusio non excedat tria vel quatuor membra, nec nimium sterilia: In hebdomadarijs
p 129. disputationibus non sint | vltra octo vel novem conclusiones: in menstruis non vltra 12 vel 15. In actibus, si vnius partis, non vltra 20; si totius Theologiae, non vltra 50; pauciores etiam, si publicus Academiae mos aliter habeat.

7. Praefectus, dum interest disputationibus, non soluat argumenta, sed dirigat disputantes: posset tamen datam solutionem explicare, et ostendere, quam bene satisfaciat argumento, cum is, qui argumentatur, nondum videtur esse contentus. Non impediat Praeceptores, cum loqui voluerint. Id quod si minus ordinate faciant, potius rogando vel monendo, quam imperando, eos ad loquendi vices seruandas adducat. Argumentari poterit, sed quo rarius, eo dirigendi munus, quod ipsi proprium est, maiore cum dignitate praestabit.

8. Porro conandum est, vt disputationes omnes, quarum feruor ac dignitas iam concidisse videtur, pristinae restituantur autoritati, cum hoc exercitationis genere nihil sit vtilius ad capessendas superiores facultates. Videas non paucos in legendo, in scribendo, in compaginandis quae scripserunt, totos esse, disputationem vero fugere, negligere, otiosam existimare, habere

tandem Theologiam non tam in memoria atque intelligentia, quam in libris papyraceis reconditam. Constitutiones vero nihil gravius commendant, quam disputationes earumque frequentiam et assiduitatem; tantumque in ijs momenti esse putant, ut ne humaniorum quidem literarum et grammaticae studiosos ijs carere patian|tur. Semper vero viri graves sibi persuaserunt, p. 130.
addisci Philosophiam ac Theologiam, non tam audiendo, quam disputando. Illic enim certissimum fit periculum, quantum quis intelligat ea, quae scribit aut docet: et quanta sit firmitas priuatarum cogitationum, cum non raro quae splendescere videntur in cubiculo, sordeant in Scholasticis concertationibus. Tunc etiam, dum ab aduersario premimur, cogimur omnes ingenij nervos intendere, et pleraque tunc extundimus urgentibus alijs, quae in otio atque vmbra nunquam venissent in mentem. Audimus aliorum inuenta, quae aut lucem aliquam rebus dubijs afferunt, aut viam aperiunt ad aliquid aliud excogitandum, aut, si minus placent, perspectis aduersarij effugijs, et ijs possunt occurrere facilius, et nostra firmius communire: obseruare possunt et auditores, quid boni iste, quid ille Praeceptor afferat, et exemplo doctorum sese acuunt ad pugnam, animaduertentes, vbi claudicent argumenta: quae distinctiones opportunae sint; quomodo Praeceptoris doctrina subsistat. Tandem et grauissimorum virorum iudicio et experimento comprobatur, disputationem vnam plus prodesse, quam lectiones multas; praeterquam quod nihil sit, quod nostras scholas magis illustrare possit, quam si auditores sic instituamus, vt in publicis conuentibus et concertationibus magnam audientium moueant approbationem et plausum. Vt autem disputationes, quae iacere videntur, in meliorem formam ac splendorem excitentur, multa praesto sunt remedia, sed | quae omnia posita sint in Superiorum sedulitate, qui, nisi p. 131
in hanc rem serio incumbant sibique persuadeant, hinc omnem fructum et existimationem scholarum nostrarum pendere, efficietur plane nihil, etiam si de ea re bene constituenda multae leges aut praecepta scribantur. Itaque proderit primo, si Superiores frequenter intersint disputationibus priuatis et publicis: obseruent, quibus causis fructus huius exercitationis impediatur: corrigant quae corrigenda sunt: collaudent strenuam ea in re operam quorundam; aliorum redarguant socordiam: perficiant denique, vt intelligant omnes, cum primis eam rem sibi curae esse. Quod si alijs negotijs impediti haec per se praestare non

possunt, committant suas partes Praefecto, quem non modo doctum, acrem et industrium virum oportet esse, sed et, quod caput est, magnae etiam auctoritatis[1] in omni studiorum administratione, cuiusmodi potestas si non videtur conferenda Praefecto, quicquid saltem in re litteraria Rector agendum putat, per Praefectum exequatur: si quid vero Rectori delatum fuerit de Praefecto, nihil ipse constituat, sed re cum illo communicata, quicquid mutandum videtur, id mutet per Praefectum, qui id opportune praestet ac prudenter, tamquam re melius â se perspecta mutasset consilium, vt eius consulatur auctoritati; alioquin intelligent alij, Praefectum nihil aliud esse quam nomen inane, vt propterea neminem reprehendere audeat vel monere. Certe necessarium est, in Praeside disputationum eam esse potestatem,
p. 132. qua | disputantes possit et honorifice prosequi et coërcere, si oporteat, omnesque intelligant multum sua interesse ab illo suam operam probari: eiusmodi vero potestatem si non putant Superiores esse Praefecto demandandam, vel ipsi per se eam exerceant, vel disputationibus arbitrentur nondum satis esse consultum. Secundo iubeantur interesse vniuersi disputationibus, et diligentius, quam lectionibus. Porro sunt, qui, quicquid occupationis extra ordinem nanciscuntur, aut nancisci possunt, id omme conferunt in diem et horas disputationum, non secus, ac si supervacua et otiosa quaedam res esset: sane spes nulla futura est rem istam bene componendi, nisi firmissime statuant Superiores eos se praebere, per quos nulli liceat abesse a disputationibus, eaque omnis spes praecidatur, non secus ac si dies esset lectionis et multo etiam seuerius, vt sit facilior in lectionibus dispensatio. Frigent enim sine frequentia concertationes, et cum earum fructus minus perspici atque intelligi possit a iunioribus, si quis vnus abesse coepit, caeteri facile dilabuntur. Quare tanto impensius curandum est, vt ea in re nihil impune peccetur. Tertio dum disputatur, non ferat Praeceptor aliusue, qui disputationi praeest, vllas collocutiones in schola: attendere omnes iubeat, parcere fabulis: non dormitare, non egredi pro arbitratu: hortetur, coarguat, pudefaciat, prout expedire iudicauerit. Quarto hebdomadariae disputationes duas horas ne excedant: Quicquid superadditur, angit et conficit sedentes: hinc odiosae fiunt et onerosae
p. 133. | disputationes, praesertim tam crebrae, nisi, quo crebriores, eo

[1] Hier zum 1. Male das „c“ in auctor und seinen Derivaten.

sint et breuiores: nam defessis quicquid boni dicatur, nihil potest esse in precio: effluit potius quicquid infunditur: et quoniam varietas ac vicissitudo gratior est leuatque audientium satietatem, argumententur quatuor, quorum quilibet argumenta duo intra semihoram examinanda proferat. Quinto magnum fructuosae disputationis momentum positum esse putent Praeceptores in formae rigore seruando: nam ea neglecta nec argumentorum vis apparet, nec respondentis acumen ac solertia agnoscitur, nec vrgetur articulus difficultatis, ijs, qui disputant, se se mutuo a re proposita auocantibus, nec auditores intelligere possunt, quid tandem post tantam contentionem constitutum sit: nec disputatio transigitur sine audientium offendiculo, cum nonnulla interponantur interdum carpendi aduersarij gratia, quorum occasionem praebet licentia deserendi formam: quae si seuere seruaretur, ipsa per se contineret in officio loquentes: offenduntur etiam viri graues, quod disputandi leges negligantur, quae in illustribus Academijs tanto sunt in honore, vt nihil ignominiosius obijci possit argumentanti, quam quod non probet, quod fuerat negatum, aut a filo susceptae disputationis recedat: Qua in re nos aliquando male audimus, nec sine magna iactura tum temporis, quod argumentorum nullus cernatur exitus, quae formae ratio atque ordo integer breui dissolueret; tum existimationis, quod aberrare ab argumentandi forma eorum sit, qui | fugere malunt, p. 134.
quam pugnare, cumque ex aduerso stare non possint, varijs omnia tergiversationibus implicant. Itaque qui respondet repetat primum argumentationem propositam. Deinde ad praemissas vel consequentiam dicat „Nego“, vel „Concedo“ dumtaxat. Nam distinctionibus minus frequenter vtendum est: cum enim illae crebriores sunt et disputandi cursum interturbant, et displicent argumentantibus, et remedia quaedam videntur studiose quaesita ad extrahendam disputationem, donec vera occurrat solutio. Multo vero parcius adhibendae sunt declarationes, vel etiam rationes, cur quidque dicatur aut negetur; nihil enim ea re molestius, praesertim si obtrudantur invitis argumentantibus. Tandem ab ipsis Logicae incunabulis sic instituantur iuvenes, vt nihil eos magis pudeat, quam a forma defecisse, et nullius rei acriorem exigat rationem Praeceptor, quam vt coram se nihil in forma peccetur: retractetur vero statim quicquid peccatum fuerit. Sexto diligenter etiam obseruetur, quod Constitutiones in 4. Par. C. 6. §. 10. „Qui praeest, inquiunt, disputationi, ex ea

concertatione eliciat, declaretque ad audientium vtilitatem doctrinam, quae tenenda sit.“ Accidit enim non raro vltro citroque ita rem agitari, vt auditorum praestringatur et confundatur attentio, ideoque sine fructu recedant. Quocirca odisse solent disputationem, vt inutilem et non nisi confusis clamoribus perstrepentem, ad quam opinionem abolendam studeat Praeceptor
p. 135. aliquid bonae doc|trinae semper afferre: quin et aliqua ex prolixis lectionibus resecare, vt ea in diem disputationis reseruet, digna etiam, quae sedulus auditor obseruet inter disputandum, et deinde breviter referat in libellum, si velit. Septimo illud Praeceptor cogitet, disputationis diem non minus quam lectionis laboriosum sibi futurum esse: Quare ad otium et quietem non se comparet, sed ad laborem, eoque maiorem, quo difficilius est duas horas, quam vnam tenere auditorem, et quidem nihil scribentem, nec putantem id sua multum interesse. Quod si langueat Praeceptor, et res progredi sinat vt possunt, quid mirum, si segnitia quadam ac taedio tota Classis obtorpeat? Curet itaque primum, vt publice non disputent, nisi doctiores, caeteri raro prodeant in publicum, neque vero tunc, nisi prius ita instructi a Praeceptore, vt eo loco non putentur indigni. Deinde in priuatis praesertim disputationibus, quae frigere plus solent quam communes, sic disputantibus assistat, vt ipse videatur esse, qui in vtroque concertatore concertet: collaudet, si quid boni afferatur; attendere omnes iubeat, cum insignis aliqua difficultas proposita est: suggerat subinde breue aliquid, quo vel fulciat respondentem, vel argumentantem dirigat: aberrantes reuocet in formam: exprobret etiam nondum intellectam rem aliquam, quam ipse toties inculcauerit: neque diu taceat, neque semper loquatur, vt ipsi etiam discipuli promant quod sciunt; ipse vero, quod promptum fuerit, emendet, aut expoliat; et post
p. 136. aliquam concertationem, in|dicta omnibus attentione rem totam breuiter explanet, nec patiatur vel argumentum pene solutum longius vrgeri, vel responsionem non bene constantem diu sustineri: contra vero non dissimulet difficultates, sed disputantem progredi iubeat, donec vim obtinet argumentum. Octauo inuitent se inuicem Professores, diuersarum licet facultatum, ad priuatas etiam disputationes, saltem per horam aliquam, quo magis concertatio feruescat congressu Praeceptorum: eandem ob causam inuitentur ad easdem nonnulli etiam, qui in nostris Academijs Doctoratum consecuti sunt, vel suorum studiorum

curriculum confecerunt: siquid denique aliud vspiam est in vsu, quo disputationes reddi solent celebriores, id sedulo retineatur.

De Opinionum Delectu, censura, retractatione.

p. 137.

Caput VII.

In opinionibus a Societate constitutis non est satis Doctorem referre sententias multas, et de suo nihil apponere, sed defendat opinionem praescriptam, vel relinquat quaestionem, vel differat, donec melius cogitet; sicut vero boni Doctoris est opiniones seligere tutiores ac magis receptas: ita ad Superiorum pertinet vigilantiam curare, ne quid in eo genere peccetur, et si quid peccatum fuerit, emendare.

2. Ad obseruandum vero, quae Professores minus caute doceant aut loquantur in Scholis, haec fere conducere videntur. Primo Praefectus illos audiat aliquando: nec rarius, quam semel decimoquinto quoque die quamlibet classem superiorem superior Praefectus, inferiorem inuisat inferior: legat interdum commentarios a discipulis exceptos. Duos etiam tresve auditores ex Nostris non minus fidos, quam ingeniosos frequenter roget, quid in ista, quid in illa quaestione sentiat praeceptor, tamquam aliud agens, nihil laesa, quantum fieri poterit, Doctoris existimatione. Id quod aliquanto diligentius praestandum est, cum Doctor aliquis in materijs lubricis versatur, vel in quibus praescriptae jam sunt | opiniones. Secundo si quid animaduersione dignum p. 138.
obseruatum delatumve sit, examinent Rector et Praefectus scripta duorum vel trium. Interrogentur etiam duo tresve secreto, et cauendum, ne quid calumniae subsit, id enim impunitum esse non debet, ad terrorem aliorum. Tertio ubi de re constiterit, Rector Praeceptorem admoneat suauiter, et, si quid periculosum fuerit, retractet continuo: secus amoueatur: sin res non adeo clara sit, expectet occasionem aliquam, qua dicat illud sibi aliquando placuisse, nunc autem minime. Quarto in ijs, quae tenenda non sunt, quia prohibita a Patre Generali, moneatur etiam, vt retractet per occasionem: in grauibus autem etiam compellatur; secus agatur vt cum inobediente. Pro grauibus

autem habeantur vel quae sunt proxima temeritati ac scandalo, licet non clare, vel vnde pendent multae aliae quaestiones.

3. Si quid ab aliquo Professorum inter disputandum perperam dictum sit, si commode dissimulari potest, Praefectus conniueat: sin ea res plus habeat periculi aut erroris, quam ferendum sit, nihil differat, sed prudenter tunc rem totam curet declarandam siue per Praeceptorem, siue per se, nisi inde timeat plus contentionis et turbarum. Tunc enim aliquid, quod ad rem pertineat, breuiter significet, et finem imponat, remque totam postea Rectori referat.

4. Conclusiones, quas quis in classe defensurus est, post-
p. 139. quam a Magistro recognitae fuerint, osten|dantur etiam Praefecto; qui opinionem nullam commutet, aut deleat inconsulto Professore. Quod si inter eos res componi non posset, ad Rectorem referatur: qui postquam eos, aut etiam, si oportuerit, alios audierit, quicquid statuet, denuntiet atque exequatur per Praefectum.

---

p. 140.

De Privato Studio Scholasticorum.

Cap. VIII.

Horis priuato studio attributis, Scholastici seruent hunc studendi modum. Praeuideant ante Scholas textum legendum: post Scholas Domi relegant scripta; curent intelligere: intellecta sic examinent, vt ipsi sibi obijciant, et quae obiecerint solvant; quae nequeunt, annotent ad interrogandum vel disputandum. Praescriptam tandem a Praefecto diuisionem temporis seruent diligenter.

2. Quoniam in hoc priuato studio aliquem commentarium concedunt Scholasticis Constitutiones, libri auditoribus Theologiae sic videntur distribuendi. Hi, qui sunt ingenio vix mediocri, primo semestri non legant, nisi S. Thomam, ne Caietanum quidem: sed postea detur eis vnus tantum pro diuersitate materiarum, isque perspicuus et facilis, vt Durandus, Bonaventura, Richardus, Marsilius, Ferrar., Argentinas. Poterit et aliquando commutari, si iudicabitur expedire. Qui sunt ingenio saltem mediocri, vel plus, vix aliquid primo semestri praeter S. Thomam et Caietanum

videant, nisi qui legerint cursum Philosophiae. Postea aliquis autor dandus eis est ex clarioribus iuxta materias. Tertio anno Gabriel, Gregorius, Henricus, Palu., Herveus, Scotus | praesertim p. 141. ingeniosis, sed vnus fere, vt inquiunt Constitutiones. Quarto anno quibusdam Capreolus posset dari. Biblia vero et Tridentinum Concilium quilibet semper habeat. Secundo anno aliquem etiam ex Patribus, et eum fere, quem petierint, si non sit parum vtilis, et quantum fieri potest, accommodatum praesenti materiae: is legatur succisiuis tantum quadrantibus, vel post taedium longioris studii. Poterit et commutari, si post aliquod tempus alium poscant. Sed curetur, ne in hoc sint nimij, vt concionabundi.

De Vacationibus.

p. 142.

Cap. IX.

[1.] Vacationes intra annum nullae introducantur, vbi non sunt: nec vbi sunt, longius extrahantur, tum quia per tot remissiones et longas vacationes multum temporis amittitur, vt expediri nequeant materiae: tum quia tempore vacationum non solum externi, sed etiam Nostri minus possunt in officio contineri: tum quia multis Nostrorum auditorum est taedio tam longa vacatio, cum ex se ipsi occupari nesciant; aegrotant etiam crebrius ob occasiones nimiae relaxationis.

2. Optandum est, ut ubique legatur in Anniversario Defunctorum a prandio: Item statim post festum Sanctorum Innocentium: Feria 6. et sabbato ante finem Bacchanalium. Feria secunda et tertia quinquagesimae, vbi id consuetum fuerit. In Feria quarta Cinerum a prandio: Hebdomadis sanctae Feria secunda et tertia, mane etiam quartae: post Pascha feria quinta et sequentibus, et vbi moris est, etiam quarta. Mane etiam vigiliarum (nisi vbi in scandalo foret) Natalis et Pentecostes, saltem vt post paulo breuiorem lectionem aliquid piae cohortationis subijciatur.

3. Dies unus recreationis integer sit in hebdomada, vbi est p. 143. in vsu; vbi vero solum a prandio vacatur, nihil addatur. Hic dies non interponatur, cum vel festum vnum est in hebdomada, et cadit in Feriam quartam seu quintam, vel cum duo festa sunt.

4. Remissiones studiorum a prandio Italis consuetae ineunte Julio propter caloris vehementiam (quo tempore Professores Scholastici legunt alternis diebus) non introducantur, vbi non sunt; sed vacetur duobus mensibus: minus etiam, si minus est consuetum propter mitiorem coeli temperiem. Vbi vero fiunt illae remissiones, maior, quam oportet, fiet iactura lectionum, si vltra sesquimensem protrahantur vacationes. Desinant itaque ad finem Augusti, et sub festum S. Lucae redeant ad Scholas. Alijs in regionibus licet citius tardiusve ferias finiri, repetique studia exigat vel vetus Academiae publicae mos, vel coeli inclementia, vel consuetudo regionis, illud tamen vniuersim curetur, ne Nostri vltra sesquimensem, vel duos menses lectionibus destituantur.

---

p. 144.

De Gradibus Baccalaureatus, Magisterij et Doctoratus.

Cap. X.

Constitutiones 4. Part. Cap. 15. n. 2: „In Artium, inquiunt, studio cursus erunt ordinandi, in quibus scientiae naturales (ad quas minus quam trium annorum spatium satis non erit) praelegantur, praeter quos medius adhuc annus ad audita repetenda et ad actus Scholasticos celebrandos et gradum Magisterij suscipiendum ijs, qui eum suscepturi sunt, relinquetur.“ Infra § 3: „Theologiae, inquiunt, curriculum sex annis emetietur: in primis quatuor ea omnia, quae legi oportebit, praelegentur; in duobus reliquis praeter repetitionem actus soliti ad gradum Doctoratus ab ijs, qui promovendi sunt, absoluentur.“

1. Optandum est, quod hucusque fieri non potuit, vt concedatur deinceps Nostris ad repetendam vel Philosophiam semiannus, vel Theologiam biennium.

Recitetur alternatim vel poëta, vel praecepta Grammaticae: Thema dictetur, et inchoetur Poëtae praelectio, quae aliquantulum producatur vltra primam horam.

Secunda hora pomeridiana.

Praelectio finiatur, et repetatur, et vltimo circiter quadrante secundae horae Graecae linguae exercitationes inchoentur ad finem vsque scholarum. Poëtae vero huius classis fere sunt Virgilius, Horatius, Fasti Ouidii, Tragoediae Senecae, Statii Syluae, Claudianus.

In Graecis autem explicentur Isocrates, Lucianus, Epigrammata, Aristophanes, Theocritus. Exponatur etiam Syntaxis, ratio accentuum et spirituum. Alternis diebus aliquid Graece conuertatur, et tribus postremis anni mensibus tradatur breuis ratio Prosodiae, et nonnulla tentetur in versibus faciendis prolusio. Nec mediocriter conducet, si praeceptor faciliora quaedam Graece interroget, Graece etiam respondeant auditores.

Duobus extremis anni mensibus mane loco M. Tullij et Historici exponatur Rhetoricae compendium ex Cypriano cum faciliori aliqua M. Tullij Oratione, vt pro Archia, pro Marcello,
p. 294. pro Deiotaro, Philippica septima. Quo tempore adole|scentibus proponantur argumenta Exordiorum, Narrationum, Epilogorum aliarumue partium orationis initio: paulo post totarum etiam orationum vsque ad finem. Cur vero haec exercitatio a Paschali tempore inchoanda non sit, alibi ratio reddita est.

Classis Rhetoricae.

1. Sicubi necesse sit Rhetoribus exponere compendium Logicae (quod Philosophiae alijsque facultatibus vacare non possunt), non expedit toto anno Logicam cum Rhetorica coniungere, vna enim alterius et phrasim et exercitationes impedit. Quare tribus tantum vltimis anni mensibus Dialecticae epitome mane et vespere exponatur, et in disputationibus Logicis adolescentes exerceantur. Quodsi consuetudo sit, vt tota die detineantur in schola, et ad totum diem implendum satis esse non videtur studium Dialecticae, adiungi tunc etiam posset aliquid, quod ad oratoriam facultatem pertineret.

2. Valde incommodum videtur, vt Rhetoricam duo Professores doceant, vnus praecepta, alter orationes. Vsus enim praeceptorum

ab eo videtur explicandus, a quo praecepta traduntur: et frequenter accidere potest, vt in orationibus M. Tullij praecepta indicentur longe aliter, quam exposita fuerant in arte. Multo vero incommodius est, vt argumenta compositionum ab alio dictentur et emen|dentur, quam ab eo, qui exponit artem, cum exercendi sint p. 295. auditores iuxta normam, quae singulis diebus ex arte praescribitur. Neque vero nimium vnus Professor Rhetoricae oneraretur, cum Philosophi duas quotidie habeant lectiones, repetitiones praeterea et disputationes, et quotidianas prope responsiones ad ea, de quibus priuatim interrogantur. Posset adhuc mos iste Romanus alere pigritiam aliarum Prouinciarum, in quibus Rhetoricae Professores possent sibi collegam aut socium petere exemplo Collegii Romani; et iam diu ista res non bene audit in Prouinciis, in quibus et artem et orationes et Graecam lectionem vnus Professor sustinet fere.

3. Nihil minus duabus mane horis, et duabus a prandio in schola manendum esse videtur, id enim in omnibus prouinciis receptum est, a quibus Romanum Collegium discrepare non decet, cum illud Collegiis caeteris tanquam exemplar proponatur in Constitutionibus. Adolescentes quoque, qui Rhetoricam audiunt, quo amplius in schola morantur, eo minus rebus noxiis implicantur: implicantur autem nihilo minus, quam aliarum scholarum auditores. Neque vero propterea discipulis ad elaborate scribendum tempus deerit, si prudenter diuidatur. Praeceptor quoque existimet suam auditoribus operam vtiliorem esse, dum in schola versatur, quam cum priuatim tanto apparatu se comparat ad legendum. Huc accedit, quod, cum Rhetores versibus etiam scribendis frequenter vacent, iuuandi viden|tur prope quotidiana Poëtae ali- p. 296. cuius enarratione, vnde depromi possit Poëticae imitationis atque locutionis varietas et copia.

4. Libri in Rhetorica exponendi fere sunt: Orationes Tullianae, aliquae etiam Liuianae, Partitiones, Libri de Oratore, de Inuentione, Rhetorica Aristotelis: Topica M. Tullij vix videntur vtilia propter exemplorum obscuritatem, quae plus temporis sibi vendicant, quam ea, quae sunt propria Rhetoricae. Quare loci oratorii exponi possunt in Partitionibus aliisve libris, in quibus eos breuiter attingit Tullius, Praeceptore interim rem locupletante, quantum satis est, ex alijs autoribus: vel cum de his agendum videbitur, exponi posset liber septimus Quintiliani. Nihil vero Rodolphi Agricolae videtur legendum, nec aliquid dialecticum,

cum a stylo, inuentione spirituque Dialectico oratores maxime sint abstrahendi.

Hoc loco dubitari potest, an expediat biennio, quo in schola Rhetoricae adolescentes detinentur ordinarie, perfici totum Rhetoricae cursum ex locis, ex partibus orationis, ex figuris, ex dicendi generibus, ex periodis ꝛc. Et forte id non esset inutile, vt totam artem habere possint ob oculos auditores, cum non parum praeceptis iuuentur in scribendo: contra vero accidere solet, vt licet biennio trienniove audiuerint, nihil tamen sciant de numero, nihil de concinnitate, nihil de affectibus ꝛc. Deberent autem hae Rhetoricae partes non modo desumi, sed etiam ad verbum tran-
p. 297. scribi ex variis Marci Tullij locis in unum opus collatis: et | in idem volumen redigi possent nonnullae institutiones seu tractationes, quas M. Tullius leuiter attigit, vt de numero, de periodis, de generibus dicendi alijsque id genus, quae ex alijs autoribus Graecis aut Latinis, recentioribus etiam peti possent, sed M. Tullij tantum verbis explicari. Nec inutile foret, si ex multis Nostrorum Professorum Rhetoricae lucubrationibus tam in artem, quam in orationes, optima quaeque in vnum volumen collecta in lucem ederentur in subsidium multorum, qui nunc primum Rhetoricam incipiunt profiteri.

5. In hac classe praelegendi ratio recipit magnam doctrinae varietatem ex veteri memoria et locorum insignium interpretatione, ex grauibus autorum sententiis, ex clarorum virorum apophtegmatis [sic], ex exemplis, ex testimoniis, ex multarum rerum originibus, ex nobilissimarum Rerumpublicarum gentiumque institutis, moribus, litteris, magistratibus, legibus, ritibus sacris. Huius etiam scholae sunt reconditae illae, quae ex interioribus literis promuntur, obseruationes tum linguae Latinae, tum illustrium locutionum, tum omnis artis et imitationis oratoriae. Videndum est tamen in ijs, sicut in caeteris, ne quid a proposita re dicatur alienum, neu ad speciem ac pompam magis, quam ad fructum vtilitatemque discipulorum industria conferatur.

6. Porro in classe Rhetoricae atque Humanitatis non quaelibet indiscriminatim dictanda atque excipienda sunt, sed peculiares quaedam locorum difficilium interpretationes, quae aut non
p. 298. facile cuiuis | obuiae sint, aut quas ex sua quisque doctrina Magistri deprompserint: ad haec annotationes quaedam insigniores in alia atque alia loca Scriptoris illius, qui prae manibus habetur, earum rerum similes, quas ij pertractant, qui variarum lectio-

num libros ediderunt: id enim et dignitatem habebit, et adolescentibus erit ad cognitionem opportunum. Ne illud quidem abfuerit a dignitate, si quando in hac classe phrases quaedam vtiliores, aut Latinae linguae obseruationes grauiores exciperentur; dummodo ex ijs essent, quae a communi vulgarique consuetudine recedant.

Divisio horarum.

Prima hora antemeridiana, quae sit semihora

post commune principium scholarum.

Recitetur memoriter Oratio M. Tullij. Praelegantur praecepta Rhetoricae.

Secunda hora.

Dimidia et repetatur, et aliquid a discipulis compositum corrigatur: Thema vero breuiter a Magistro dictetur, quod amplificent postea discipuli. Affigatur interdum alicuius oratio parieti, vt caeterorum iuuenum censura castigetur. Versus et soluta oratio diebus alternis scribantur. Di|midia altera hora p. 299. aliquis Poëta enarretur, cursim tamen et breuiter, vt res et phrases plane intelligantur, et paulo ante finem semihorae aliquid ex ijs, quae exposita sunt, repetatur.

Hora prima pomeridiana, quae sit dimidia hora

post aliarum scholarum initium.

Praelegatur Oratio M. Tullij, sed non sine aliqua repetitiuncula ad finem.

Secunda hora.

Graecis vacetur: explicentur vero Demosthenes, Xenophon, Homerus, Pindarus, Euripides, Sophocles, Thucydides. In quorum lectione longius esset quotidie progrediendum, tametsi satis esset quaternos aut senos Autoris quotidie versiculos ediscere. Nec quicquam explicetur a Magistro, quod statim ab auditoribus non repetatur.

Toto vero anno semel minimum octauo quoque die soluta* oratio*, semel item carmen argumento proposito scribendum videretur. Singulis etiam minimum mensibus breuis aliqua oratio vel carmen Graecum cum Latino publice pronunciandum.

Est et illud scribendi genus valde vtile, si, quod a Graecis Autoribus vincta solutaue oratione scriptum est, Latine vertatur eodem orationis genere.

p. 300. In distribuendis horis priuati studii semihora saltem seligatur, quam auditores in Graecis collocent alternatim vel aliquid scribendo, vel audita recognoscendo. Domi etiam cum Rhetorica repetitur, nihil minus ultimo quadrante Graecis repetendis tribuatur.

---

p. 301.

Generalis distributio
horarum toto anno.

Inter alia, quae ad ordinem formamque studiorum pertinent, numeratur et illud in Constitutionibus P. 4. Cap. 13. A., vt certae statuantur horae lectionum, ac propterea eorum etiam, quae priuatim a Nostris quotidie domi fieri solent, propter maximam domesticarum scholasticarumque rerum inter se connexionem. Et quoniam Horologij dissimilitudo, climatis inaequalitas et gentium mores eandem prorsus normam ac legem ferre non possunt, conati sumus (id quod monent ibidem Constitutiones), vt vbique fiat, quod inibi magis expedire visum est ad maiorem in literis profectum. Horae vero hic notantur, vt vel ad amussim seruentur, cum possunt, vel ab eis non longe recedatur.

p. 302.

Surgatur:

In Italia[a] hora
- 12. a Novembri et deinceps.
- 11. Idibus Februarij.
- 10. Idibus Martij.
- 9. Idibus Aprilis.
- 8. Kal. Maij vsque ad medium Augusti.
- 9. Idibus Augusti.

a) Rerum domesticarum et scholarum horas (sunt enim utraeque connexae inter se) crebro mutari est praeter morem omnium Academiarum, et parum habet dignitatis; auditoribus quoque molestum est, cum ea de causa oporteat eos et tot mutationum meminisse quotidie, et rerum suarum, quas obire solent extra scholas, cursum atque ordinem identidem variare. Et alijs quidem na-

In Germ., Gallia, Polonia h. 4.[b]

In Hispania, Lusitania { hora 5. a Nov. vsque ad Quadrages. / hora 4. a Quadrag. et deinceps per aestatem.

Inchoentur Lectiones matutinae:

In Italia hora { 15. a Nov. et deinceps. vt finis sit hora 17. cum dimidia. / 14. a medio Februarij. / 13. a „ Martij. / 12. a „ Aprilis. / 11. a „ Maij. / 12. a „ Augusti.

In Hisp. Lusit. Gallia. { h. 8. et finis h. 10. cum dimidia in hyeme. / h. 7. „ „ „ 9. „ „ „ aestate.

In German. Polonia[c] { h. 7½ et finis 10. in hyeme. / h. 6½ et „ 9. „ aestate.

tionibus, quarum horologium ad Mathematicas rationes dirigitur, facile est duabus toto anno mutationibus esse contentas. Id quod quoniam cum Italici horologii temperatione conuenire non potest, conandum est Italis, vt suarum horarum mutationes rediganr, quoad ejus fieri potest, ad paucissimas, nec eas quadrantibus aut semihorulis intercidant, sed horis integris absoluant: cum tolerabilius sit, | praeproperam aliquam tardioremve scholarum inchoationem p. 303.
pati, quam tam multiplicem temporis inconstantiam. Itaque vernis mensibus, qui mutationibus obnoxii maxime sunt, quater dumtaxat scholarum tempora varientur, idque nonnisi per horam integram. Quod et in Autumnum quadrat, minus tamen necessario propter vacationes. (Die alt-italienische Uhr begann den Tag um Sonnenuntergang beim Läuten des Ave Maria und zählte die Stunden von 1—24.)

b) Licet id tempestiue nimium videatur, est tamen iuxta vetustissimum morem earum gentium, a quo recedi vix potest sine externorum offendiculo.

c) Curetur in Germania, vt Missae Sacrificium, cui auditores externi p. 304.
debent interesse, peractum iam sit hora septima et quadrante; tum statim detur signum prius scholarum: quo tempore sumant qui velint ientaculum, ne propterea scholam intermittere necesse sit. Eadem ordinis ratio in aestate quoque retineatur: nempe ut Missae finis cadat in sextam et quadrantem, et, altero mox interposito quadrante ad ientandum, inchoentur lectiones.

Prandeatur:

In Italia hora	18. a mense Nov. 17. Idibus Febr.: sed per Quadragesimam hora 18. Dominicis exceptis. 17. Idibus Martij in Quadrag. 15. „ Aprilis post Pascha. 14. „ Maij. 15. „ Augusti. Diebus ieiunii hora circiter ante meridiem.
In Hispania, Lusitania, Gallia hora	11. in hyeme, etiam in Quadragesima. In vigiliis et quatuor temporibus dimidia ante meridiem. 10. in aestate, diebus ieiuniorum hora 11.
In Germania, Polonia hora	10. cum dimidia in hyeme. Diebus vero ieiuniorum et in Quadragesima hora 11. 10. in aestate. Diebus vero ieiuniorum et in Quadragesima hora 11.

p. 305.

Pomeridianae lectiones:

In Italia[d] hora	21. a mense Nov. $20^1/_2$. Idibus Martij. $19^1/_2$. „ Maij. 20. „ Augusti.
In Hispania, Lusitania, Gallia[e]	h. secunda vsque ad quartam et mediam.
In Germania.[f] Polonia.	hora prima vsque ad quadrantem ante quartam.

d) Cum ubique hyemales scholae finiantur semihora circiter ante solis occasum, obstare nihil videtur, cur etiam in Italia id seruari non possit ac debeat. Experimur enim valde commodum esse Magistris ad pomeridianas scholas redire, quanto fieri potest longius a prandio. Neque coelum Italiae adeo insalubre est, ut pueris aliquanto serius e schola exeuntibus nocturni
p. 306. temporis propinquitas metuenda sit. Quod vero pertinet ad eorum mores, | eo melius cum illis agitur, quo minus temporis post scholas superest ad euagandum. Nam vt domum commode redeant, semihora satis est.

e) Non enim decet noctu docere, vt hucusque Galli fecerunt.

f) Id seruetur, si tolli non potest Germanis ientaculi quadrans interponi solitus. Post finem scholarum dimidia hora consumatur in exeundo e scholis et domum redeundo, et in domestico labore, post quem repetitio sequatur.

Repetitio.[g]

Hyeme in Italia	24. a Nov. vsque ad idus Mart. 23½ ab id. Martij.
in Hisp. et Lusit.	hora 5.
„ Gallia	12½.[h]
„ Germ. et Polon.	post 4. h. et quadrantem.
Aestate: in Italia[i]	17. vel 18. ab idib. Apr. 17. ab idib. Maij. 18. ab idib. Aug. Idem post intermissiones.
in Hisp., Lusitan., Gallia, Germania, Polonia	12 vel prima.

Coenetur:

In Italia hora	2½.	a Novembri.
	1½.	Idib. Febr. et Oct.
	24½.	„ Mart. et Sept.
	23½.	„ Aprilis.
	22½.	„ Maij.
	23½.	„ Augusti.

g) Haec intermittitur in Sabbato propter Fratrum nostrorum confessiones: Nam Exhortatio domestica ne in Collegio quidem Romano transferenda videtur in Sabbatum, cum Feria 6. semper et ubique a Patris Ignatii tempore consueverit haberi; et merito quidem, tum quia eius diei religio et Christi patientis commemoratio nos ad pium hoc munus inuitat: tum quia ex 6. Feriae abstinentia accrescit semihora, quae fere satis est Exhortationi, si lentae prolixaeque expectationi modus adhibeatur. Nec illud obest, quod in Sabbato, cum aliis occupationibus Nostri minus fatigentur, attentius audiunt exhortantem: nam nequaquam minus fatigantur, cum Sabbato in scholis, si quando non docetur, disputetur, quod minus laboriosum non est: domi vero pro repetitionibus instet cura Confessionum, quae Exhortationis intercursu in alia atque alia tempora dissipantur incommode. Quae vero repetitio seu disputatio fieri solet die Dominico, vesperas proxime antecedat in aestate: sed in hyeme sub occasum Solis inchoetur. p. 307.

h) Non enim differri potest in nocturnum tempus, cum sub meridiem, conuenientibus etiam externis auditoribus, repeti soleat ex vetusto Academiae more, quem si Nostri non sequerentur, desererentur a discipulis.

i) Satius est sub initium noctis fieri repetitiones, tum quia id citius Nostros ad officium reuocabit ab euagatione, quae per id temporis cernitur interdum: tum quia, quicquid a prima noctis hora superest | temporis, et quietius est et aptius cubiculari studio. p. 308.

In Hisp. et Lusitania { hora $7^1/_2$. in hyeme.
„ $6^1/_2$. „ aest. et Dominicis Quadrag.

In Gallia, Germ., Polonia hora $6^1/_2$.

Cubitum eatur:[1]

In Italia hora { 5. a Nov. vsque ad Febr.
4. Idibus Febr. et Oct.
3. „ Mart. et Sept.
2. „ Aprilis.
1. „ Maij.
2. „ Augusti.

In Hisp. et Lusitania { quadrante ante 10. in hyeme.
„ „ 9. „ aestate et Quadrag.

p. 309. In Gallia, Germ., Pol. quadrante ante 9.

---

p. 311.

De reliquo delectu opinionum in Theologica facultate.[1]

Cum hoc volumen imprimi coeptum est, recognitae erant opiniones Theologicae ex Prima tantum Parte S. Thomae. Hae vero cum studiorum Praxi cum adhuc essent sub Typographi prelo, peracta est etiam reliquarum S. Thomae Partium recognitio; quare ipsae etiam vt hic adijcerentur curatum est, tametsi huiusmodi sententiae non ad hunc locum, sed ad Delectum

p. 309. 1) Praeter septem choras conceditur etiam quadrans post nocturnum examen conscientiae, quo iis, quae cubationem solent antecedere, commodius peractis, integrae horae septem cuilibet relinquantur ad dormiendum; tantum enim temporis praescribitur in Constitutionibus.

[1] Das folgende Verzeichnis von Sätzen aus der theologischen Summa des h. Thomas zerfällt in zwei Teile: solche Sätze, zu deren Befolgung kein Professor der Ges. J. verpflichtet werden kann, und solche, denen zu folgen ist. Nur die Propositionen selbst sind in dem Buche gedruckt, die Zitate aus der Summa handschriftlich, und zwar in Rom selbst, beigefügt worden. — Im Originale hat S. 309 nur wenige Linien, es folgt eine unbedruckte S. und dann sogleich 311. Dieser Anhang, der erst später während des Druckes fertig wurde, ist eigentlich die Fortsetzung des „Delectus opinionum“ oben im theol. Teile S. 30 und 107.

opinionum in Theologica facultate pertineant: inserantur itaque formulae, quae principio Regulis undecim comprehensa fuit. Et quoniam harum quaedam sunt eiusmodi, ut eas docere Nostri non sint cogendi: quaedam autem sequendae omnibus praescribantur, prioris ordinis quae sunt ad Regulam quintam referantur: quae vero posterioris, ad sextam hoc fere modo.

Posita Regula quinta, et sententiis ex Prima S. Thomae Parte subiectis, istae aliae continuo subnectantur.

Non cogantur Nostri docere Ex Prima Secundae:

1. Beatitudinem formalem siue naturalem viae, | siue super- p. 312.
naturalem Patriae consistere in actu intellectus, quamuis hoc probabilius sit. q. 3. a. 4.

2. Sine practici intellectus errore seu actuali inconsideratione non posse esse prauam Voluntatis electionem et peccatum. q. 77. a. 2.

3. Imperium seu legem esse actum intellectus. q. 17. a. 1.—q. 90. a. 1.

4. Bonitatem et malitiam moralem esse differentias essentiales actus interioris Voluntatis sumpti secundum esse naturale. q. 20. a. 1. etc.

5. Actum exteriorem, siue ut est obiectum Voluntatis, siue ut est in executione, non habere formaliter bonitatem et malitiam moralem ex obiecto et circumstantiis. q. 74. a. 2.

6. Praeter Fortitudinem et Temperantiam in appetitu sensitiuo non esse alios earundem virtutum habitus in Voluntate. q. 56. a. 4.

7. Prudentiam esse vnum habitum. q. 60. a. 1. ad 1 m.

8. Dari Virtutes morales infusas ex genere realiter distinctas a caeteris omnibus. q. 63. a. 3.

9. Dona Spiritus sancti esse habitus alios a Virtutibus, seu Fructus et Beatitudines esse actus alios ab actibus virtutum. q. 68. 69. 70.

10. Originalis peccati subiectum esse animae essentiam. q. 83. a. 2.

11. Ratione solius iustitiae originalis Adam non potuisse peccare venialiter, antequam mortaliter. q. 89. a. 3.

12. Angelum non potuisse prius venialiter, quam mortaliter peccare. q. 89. a. 4.

p. 313. 13. Esse aliquod Dei praeceptum, quo quis tenea|tur ad Deum se conuertere, cum primum ad vsum rationis peruenerit. q. 89. a. 6.

14. Gratiam esse alium habitum a Caritate. q. 110. a. 3.

15. Sine vlla qualitate superaddita dimitti peccatum, repugnare per absolutam Dei potentiam. q. 113. a. 2.

16. Actus omnes moraliter bonos, quos existens in gratia facit, nec in Deum refert expresse, esse meritorios. q. 114. a. 2.

Ex Secunda Secundae.

1. Cum scientiae actu circa idem obiectum incompossibilem esse actum fidei. q. 1. a. 5. et 1 II q. 67. a. 3.

2. Peccatum mortale expellere Caritatem non demeritorie tantum, sed et effectiue. 1 II q. 113. a. 2. et 2 II. q. 24. a. 10.

3. Diligendi inimici difficultatem nunquam esse tantam, vt diligendi amici perfectionem excedat.

Ex Tertia Parte.

1. Adam non peccante Filium Dei incarnandum non fuisse. q. 1. a. 3.

2. Accidens et materiam primam a diuino Supposito assumi ac terminari non posse. q. 4. a. 1.

3. Humanitatem proprio terminatam supposito non posse iterum a Verbo terminari. q. 4. a. 2.

4. Secundum influentiam meriti Christum non esse caput Angelorum. q. 8. a. 4.

5. Non esse in Christo reales duas filiationes. q. 36. a. 6.

p. 314. 6. Characterem pertinere ad secundam speciem | Qualitatis, et esse in intellectu, tanquam in subiecto. q. 63. a. 2.

7. Apostolos initio baptizasse sub hac forma: in nomine Christi. q. 66. a. 6.

8. Ad iustificandum in Circumcisione paruulum non fuisse satis solam Synagogae fidem, quae ei per modum Sacramenti applicabatur ab intendente facere quod Synagoga. q. 70. a. 2.

9. Corpus Christi, vt est in Eucharistia, videri aut videre per Dei potentiam non posse. q. 78. a. 7.

10. Amissam gratiam et opera peccato mortificata non ex toto reuiuiscere per Poenitentiam, sed iuxta proportionem dispositionis. Et vero contrarium probabilius est. q. 89. a. 6.

11. In extrema necessitate absolui non posse non confessum, sed exhibentem signa poenitentiae, quibus aliquo modo se peccatorem confiteatur generaliter. in supplem.

12. Non esse necessarium confiteri circumstantias, malitiam eiusdem speciei ita notabiliter aggrauantes, vt magnopere et euidenter varient et statum poenitentis et Confessarii iudicium de illo. in supplem.

13. Ordines minores esse Sacramenta et imprimere characterem. in supplem.

Deinde veniatur ad Regulam sextam, qua, et opinionibus ex Prima S. Thomae Parte decursis, hae statim adiungantur vt eadem regula definitae.[1]

Ex Prima Secundae.

1. Supernaturalis beatitudo viae consistit in actu Caritatis. q. 3. a. 4.

2. Nullus potest esse beatus formaliter ea visione, qua Deus p. 315.
se ipsum videt, nec per solum diuinae essentiae illapsum mentibus humanis. q. 3. a. 2. 3. 4.

3. Sensualitatis nulla est formaliter libertas, nec eius motus omnem rationis deliberationem praeuenientes peccata sunt. q. 74. a. 3.

4. Vt delectatio morosa seu consensus interpretatiuus in eam sit peccatum mortale, non requiritur semper periculum seu animaduersio periculi de pollutione seu de expresso consensu. q. 74. a. 8.

5. Inter entitatem actus mali seu peccati et priuationem rectitudinis debitae in esse secundum rationem non est media aliqua entitas positiua moralis, quae sit formalis ratio peccati. q. 72. a. 1.

6. Nulla creatura intellectualis et per voluntatem libera dari potest, quae sit per solam suam naturam impeccabilis. q. 63. 1. p. a. 1.

7. Pontificiae leges seu Constitutiones, vt obligent vbique, non requirunt promulgationem in Prouincijs, sed Romae tantum. q. 90. a. 4.

8. Leges humanae iustae, etiam poenales, siue mixtae, siue purae, obligant ad culpam. q. 96. a. 4.

[1] Die nun folgenden Sätze dürfen gelehrt werden.

9. Sine speciali Dei auxilio non possumus efficaciter super omnia diligere Deum, ne vt finem quidem naturalem, nec totam legem naturalem seruare, seu efficaciter velle seruare, nec resistere tentationibus vehementioribus. q. 109. a. 3. et 4.

10. Aliquod opus morale bonum ex obiecto et omnibus circumstantijs, secundum rectam rationem et velle, et facere ali-
p. 316. quando possumus per natu|ralem Liberi Arbitrii facultatem. q. 109. a. 2.

11. Praecepta credendi, sperandi, diligendi, poenitendi impleri non possunt sine speciali Dei auxilio. q. 109. a. 1. et 4.

12. Fieri potest, vt aequalis gratia duobus collata sit efficax in vno, inefficax in altero, quia non vult consentire, licet possit per sufficientem gratiam sine nouo augmento gratiae.

13. Ex auxilio speciali, non ex habitu gratiae et Caritatis elicitur vltima ad gratiam dispositio, nec ad eam producendam assumitur dispositio vt instrumentum actiuum. q. 113. a. 8.

Ex Secunda Secundae.

1. Fides supernaturalis non solum ex parte principii credendi, sed etiam ex parte obiecti crediti fuit semper ad iustificationem necessaria. q. 2. a. 3.

2. Explicita fides in Christum post sufficientem Euangelii promulgationem tam necessitate praecepti, quam medij est necessaria ad salutem, etiam viae. q. 2. a. 8.

3. Prophetae et Apostoli, quibus erat euidens Deum esse, qui eis mysteria reuelabat, fidem habuerunt eiusdem speciei cum nostra. q. 1. a. 5.

4. Cuilibet remisso Caritatis actui suus in patria redditur gradus Caritatis, gratiae et gloriae: in via vero an statim augeatur Caritas, liberum sit opinari. q. 24. a. 6.

5. Eleemosynae praecepto non satisfacit qui mutuat, non donat. q. 32. a. 6.

p. 317. 6. Praeceptum est de erogando superfluo etiam Status, licet conseruato ad mutandum Statum altiorem, si occurrant graues proximorum necessitates. q. 32. a. 5.

7. Haeretici non sunt denunciandi, omissa correptione fraterna, si ex ea certo speratur emendatio. Si tamen contraria lex humana ferretur, iusta esset. q. 33. a. 8.

De caeteris, quae ad Conscientiae Casus pertinent, nullum adhuc examen habitum est. Id enim et plus temporis et longe aliam desiderat tractationem.

Ex Tertia Parte.

1. De rigore iustitiae, quo modo Christus satisfecit, purus homo cum quauis gratia Dei non potuit pro peccato mortali satisfacere. q. 1. a. 2.

2. Humanum Suppositum, quod assumptae Humanitati deest, formaliter superaddit naturae positivam entitatem et rationem, qua natura subsistit. q. 4. a. 2.

3. In Christi ratione superiore, non quidem vt considerante aeterna, sed temporalia propter rationes aeternas, fuit tristitia ex peccatis hominum. q. 46.

4. Humanitas Christi licet propria careat subsistentia, propria tamen existit existentia. De hac existentia praesertim S. Thomam Nostri, prout cuique videbitur, interpretentur. q. 17. a. 2.

5. In passione et morte, de qua Christus habuit praeceptum, meruit secundum actus etiam substantiam. q. 19. a. 1.

6. Christus, ne ut homo quidem, est Dei filius adoptiuus. p. 318. q. 23. a. 4.

7. Beata Maria et fuit concepta sine peccato originali, et de congruo tantum meruit esse mater Dei. q. 2. a. 2. q. 2. a. 11. [Sic.]

8. Homines Deus, etiam in particulari, ex praeuiso Christi merito elegit ac praedestinauit: tametsi hos potius, quam illos elegerit independenter ab omni creata voluntate, etiam Christi. q. 24. a. 2. Et p. 1. q. 23. a. 5.

9. Effectiue ac Physice concurrunt et Christi Humanitas ad miracula, et gehennae ignis ad spiritus cruciandos. q. 13. a. 2. Et q. 46. a. 6.

10. Circumcisio nec adultum faciebat ex attrito contritum, nec praeter gratiam operi operantis respondentem conferebat alium gradum attrito tunc vel antea. q. 62. a. 6.

11. Inuitis parentibus et tutoribus infidelibus infantes baptizare non licet, cum sunt sub potestate tutorum, vel parentes sunt mancipia Christianorum, vel iam morituri sunt, nisi subuersio vel scandalum timeatur. q. 68. a. 10.

12. In Sacramentis Baptismi et Poenitentiae fictus recedente fictione gratiam recipit sacramentalem. De caeteris Sacramentis licebit etiam idem opinari. q. 69. a. 10.

13. Per absolutam Dei potentiam non repugnat idem corpus simul esse in multis locis circumscriptiue; nec Christi corpus, corruptis iam speciebus, in Altari remanere.

p. 319. 14. Quantitas non fit materia, sed est ita quanti|tas post consecrationem sicut antea; nec nouam acquirit a Deo subsistentiam. q. 77. a. 1. Et q. 1. a. 5.

15. Post transubstantiationem substantia panis secundum nullum sui gradum, ne entis vel existentiae quidem, remanet. q. 76. a. 3. et 4.

16. Vini consecrati nullae corrumpuntur particulae, si aliud addatur eiusdem speciei, sed nec si diuersae, cum non est magnae quantitatis. q. 77. a. 8.

17. In forma Calicis verba, quae sunt post illud „Sanguinis mei", non sunt de essentia. q. 78. a. 2. et 3.

18. In panis consecrandi forma „Corpus" nullam formam, nec vt dantem esse corporeum per se primo includit. q. 76. a. 1.

19. Aqua Vino admista debet prius in vinum conuerti, quam in Christi Sanguinem; tametsi damnandum non videatur, si ab aliquo probabiliter dicatur, aquam in Sanguinem immediate posse conuerti. q. 74. a. 6.

20. Putans se baptizatum, cum non sit, recipit vere Eucharistiae Sacramentum, sed non effectum ex opere operato: quo tamen non carebant baptizati infantes, cum olim communicarent. q. 80. a. 9.

21. Valor Sacrificii Missae non est infinitus nisi ex parte rei oblatae tantum; nec Sacerdos pro vna Missa plures eleemosynas (nisi valde tenues sint) potest accipere.[1]

22. Per Missae Sacrificium non fit is, pro quo offertur, de attrito contritus, quod est proprium Sacramentorum.

23. Poenitentiae Sacramentum absenti per nuntium seu per literas collatum non est validum.

p. 320. 24. Per ligandi potestatem quilibet confessarius vere obligat, si vult, poenitentem ad impositam Satisfactionem exequendam.

25. Per Satisfactionem Sacramentalem re exhibitam non fit quis ex attrito contritus.

[1] Von hier an hören die Zitate aus der Summa auf, wahrscheinlich weil die Absendung des Exemplars nach Deutschland drängte.

26. Martyr non fit ex attrito contritus per Martyrium, nec sine formali poenitentia, si potest haberi, iustificatur.

27. Tenemur necessariam circumstantiam tertiae personae confiteri, cum inde aliud non sequitur, quam mala Confessarii opinio de tertio.

28. Indulgentiarum dispensatio principaliter est absolutio iudicialis a poenis; includit tamen solutionem de Thesauro Ecclesiae.

29. Animae Purgatorii iuuantur Indulgentiis per modum suffragii, quod certa lege Deus semper acceptat.

30. Veniales culpae decedentium in gratia in ingressu Purgatorii remittuntur per actum aliquem Caritatis aut Poenitentiae.

31. Episcopatus Sacramentum est, suumque gratiae gradum confert; characterem autem vel imprimit proprium, vel extendit Presbyteralem.

32. In Matrimonio Sacerdos, ne post Tridentinum quidem Concilium, est huius Sacramenti minister essentialis, sed contrahentes: nec Sacerdotalis benedictio est forma essentialis.

33. Beata Maria ante Matrimonium Deo inspirante Virginitatem vouit absolute; postea tamen cum ad Matrimonium accessit, non consensit in copulam, | sed in obligationem ad eam, p. 321.
tradendo ius sui corporis, si vir debitum petiisset, a Spiritu Sancto edocta, illum nunquam petiturum.

34. Voti solemnitas consistit in sui traditione a Deo per Ecclesiam acceptata: et in eo dispensari potest ab Apostolica Sede.

35. Post Tridentinum Concilium sponsalia valida, si sequatur copula affectu maritali, ex hoc solo non transeunt in Matrimonium.

36. Ens permanens annihilatum per Dei potentiam reparabile est idem numero: de successiuo autem, prout ei videbitur, sentiat unusquisque.

37. Gloriosi corporis omnes dotes sunt quaedam qualitates supernaturales corpori inhaerentes, ad quas producendas anima gloriosa effectiue non concurrit.

In iis praeter paucissimas, quas a S. Thoma plane constat alienas esse, de caeteris intelligatur et seruetur, quod in Regula septima habetur.

Post haec subijciantur aliae regulae, quibus iam constitutis haec etiam subnectantur:

De Opinionum delectu pro Scripturae et Controuersiarum Professoribus.

Quoniam non modo Scholasticorum Theologorum consulen-
p. 322. dum est securitati et concordiae, sed | eorum quoque, qui Scripturas et Controuersias explicant, in horum gratiam sententiae, quae sequuntur, definitae sunt: quarum quidem paulo maiorem numerum esse oportuit, quod in aliis quaestionibus breuitatem seu paucitatem eorum, quae distincte praescribuntur, satis compensat praesidium S. Thomae, quo istae materiae ferme destituuntur. Huc accedit, quod hae disputationes cum Fidei Catholicae veritatibus, quas nunc exagitant Haeretici, tanta connexione coniunguntur, ut se mutuo foueant ac muniant non parum: et qui de vnis, vt oportet, non sentit, alteras statim faciat infirmiores. Est adhaec his in rebus lubricum sane iudicium et lapsus longe procliuior, quam in multis ex S. Thoma definitis: quare maior suspicio periculi pleniorem quoque poscebat explanationem. Optandum tandem est, vt, quoties Haeretici, vt solent, in capita, quae praescribuntur hoc loco, descendunt, Catholici, praesertim Nostri, concorditer ijs solideque respondeant, ne nostris illi dissensionibus aut incautis locutionibus nostra debilitari, sua corroborari arbitrentur. Ob firmiorem itaque doctrinae constantiam in rebus tam periculosis aliquanto plura de his, quam de caeteris, enucleate debere tradi visa sunt — hoc fere modo.

De Scripturis Canonicis earumque editionibus.

p. 323. 1. Ne in minutiis quidem sensus vllus falsus est | in Scripturis, neque in personis, quas loquentes introducunt vt plenas Spiritu sancto.

2. Probabilius est verba primorum exemplarium ac fontium incorruptorum fuisse omnia et singula a Spiritu sancto dictata secundum substantiam, multiformiter tamen pro varia instrumentorum conditione.

3. Tituli Prophetarum et Psalmorum Canonici sunt.

4. Post Concilium saltem Tridentinum pro Canonicis habenda sunt Capita quaedam Esther, vltimum Caput Marci, Historia Susannae et huiusmodi.

5. Concilii Tridentini decreto repugnat omnis sensus contrarius sensui, quem vulgata editio Latina reddit euidenter.

6. Sensus non contrarius vulgatae, sed diuersus non prohibetur a Concilio, si cum authentico stare potest.

7. Marginales lectiones de Hebraeo Graecoue exemplari desumptae nunquam textui praeferendae sunt.

8. Quae vero ex aliorum codicum Latinorum collatione collectae sunt, possunt nonnunquam textui praeferri, sed non nisi grauissimae sint coniecturae et multorum iudicio doctorum comprobatae, hae tamen textui non sunt inserendae sine publica Ecclesiae autoritate.

9. Non facile suspicandum est aliquid extraneum additum et insertum esse textui Sacro, nisi constet au|toritate Patrum. p. 324.
Aliqua creduntur ab interprete Latino addita, ex aliis tamen locis Scripturae transposita, et haec Canonica sunt.

10. Sin aliqua de suo apposuit interpres ad exprimendum id, quod in energia Hebraeorum Graecorumve verborum implicite et virtualiter inclusum est, Sacra et Canonica sunt.

11. Factae etiam videntur fuisse nonnullae additiones ad Etymologiam vocabuli exprimendam, quae in Nouo Testamento sunt ipsius Canonici Scriptoris et ideo Canonicae.

12. In Veteri autem Testamento vel fuerunt etiam Scriptoris Canonici, licet postea interciderint, vel interpretis, quae Canonicae quidem non sunt, non tamen reijciendae.

13. Nominum propriorum, quae in fontibus habentur, interdum significationem fuisse constat immutatam ab Interprete ad exprimendam illusionem, quae ijsdem nominibus conseruari non potuit, vt in arboribus apud Danielem; in ijs materiale Canonicum est, non formale.

14. Interpretatio nominum propriorum per Rabinos [sic] facta seu per Rabinistas, si a vulgata editione dissonat, suspecta debet esse.

15. Sed si huiusmodi interpretationes factae sunt per Autores plane Catholicos asserentes, vocabula, quae in fontibus habentur, esse aequiuoca, recipi possunt, sed textui non praeferantur.

16. In ijs, quae in Hebraeis Graecisve codicibus contraria sunt vulgatae, decreto Concilii Tridentini | derogata est omnis p. 325.
fides alijs linguis.

17. Versio Septuaginta Interpretum quandiu incorrupta mansit, non minus fuit authentica, quam vulgata Latina nunc.

18. Cum Hebraei Graecive codices contrarii non sunt Latinis, sed diversi, si quam eorum lectionem Patres plerique omnes incorruptam esse testantur, eam authenticam esse credendum est.

19. In ijsdem si de alicuius Hebraeae Graecaeve lectionis synceritate [sic] non conueniunt Patres aut nihil dicunt, recentiores vero eam incorruptam esse praedicant, probabilis erit et vulgatae Latinae explanationem poterit adiuuare.

20. Tridentinum Concilium non solum in quaestionibus Fidei et morum, sed in omnibus plane rebus vulgatam editionem fecit authenticam.

21. Christus et Apostoli non allegarunt Scripturas per accommodationem ad rem suam, sed iuxta sensum verum illius loci et intentum a Spiritu Sancto.

22. Ea, quae in vulgata editione habentur, nec verius, neque simpliciter melius verti potuere: aliqua tamen clarius et significantius verti potuisse nihil prohibet, nec necesse est, Spiritum Sanctum astitisse singulis etiam verbis.

23. Aliqui codices vulgatae editionis possunt esse mendosi: non expedit tamen a Nostris doceri, vniuersos vulgatae editionis codices in aliquibus locis esse nunc, seu aliquando fuisse mendosos, ne in numero quidem.

p. 326. 24. Si quod tamen mendum, quod in omnibus codicibus Latinis nunc extet, suspicandum esset, id potius insinuetur, quam asseratur, nec sine grauissimis autoribus et coniecturis.

De Ecclesia.

1. Vera Dei Ecclesia visibilis est, quae in externo cultu, in externa professione fidei et in Sacramentorum participatione communicat cum vero capite et Christi Vicario, qui est Romanus Pontifex.

2. In tota hac Ecclesia visibili vera fides interior deficere non potest, licet illam in singulis esse non sit necessarium.

3. Fide interiori et baptismali charactere praediti, licet peccatores sint, non viua quidem, proprie tamen, vere et simpliciter membra sunt Ecclesiae.

4. Catechumenus, licet fidelis, non est simpliciter membrum Ecclesiae, sed secundum quid et inchoate; nec numero, sed merito.

5. Schismaticus vel Haereticus, per Ecclesiae sententiam praecisus, simpliciter non est Ecclesiae membrum, nec intra Ecclesiam, nisi imperfecto quodam modo, ratione characteris.

6. Is, cui vel fides interior, vel baptismalis character deest, si in externo cultu Sacramentorum et fidei Professione cum vera Ecclesia communicat, est vere et proprie membrum Ecclesiae, ut vi|sibilis; licet putatiue tantum sit membrum Ecclesiae simpli- p. 327.
citer, quae interiorem et exteriorem fidem cultumque includit.

7. Nec Scriptura verior seu veracior quam Ecclesia, nec Ecclesia quam Scriptura: sed eadem vtriusque est veritas ab assistentia Spiritus sancti.

8. Nobis quidem notior ac prior est Ecclesiae veritas, quam Scripturae: secundum se autem et ex natura rei veritas Ecclesiae pendet a veritate verbi Dei, cum Ecclesia nihil definiat, nisi ex verbo Dei scripto vel tradito.

9. Ecclesiae, quae est iudex et animata lex, potestas patet latius quam Scripturae.

10. Scripturae verba etiam a Deo sunt, et rationes, et factorum narrationes, quae tria non sunt in Ecclesiae constitutionibus semper a Deo, sed substantia definitionum.

De Concilio et Romano Pontifice.

1. Concilium generale licet a Pontifice Romano legitime congregatum et sub eius obedientia perseuerans, praesidentibus et consentientibus Legatis Apostolicis, nondum est de fide. Nec eius decreta (nisi in summi Pontificis speciali instructione contineantur) sunt de fide, antequam a Papa confirmentur.

2. De facto nullum vnquam Romanorum Pontificum fuisse haereticum probabilius est et a Nostris strenue defendendum: posse vero vt hominem | ac Doctorem priuatum haereticum esse, p. 328.
probabile facit communior Scholasticorum opinio, licet contrarium satis pie credi possit.

3. Papa, si potest haereticus esse, non desinit esse verus et legitimus Papa prius, quam declaretur haereticus vel ipsa facti notorietate, vel generali [-is?] Concilij sententia.

4. Probabilius est non deponi tunc Papam a Concilio iudiciaria ac superiore potestate, sed a Deo immediate, posita Concilij declaratione ut conditione sine qua non.

5. Tempore schismatis, si post diligentem Ecclesiae inquisitionem, quis sit verus Papa, nescitur aut dubitatur, perinde est ac si nullus esset Papa.

6. Apostolicae traditioni magis consentaneum est, Papatum Episcopatui Romano annexum esse iure diuino.

7. Male sonans ac periculosum est sentire, in canonizandis Sanctis, ac Religionibus[1] approbandis Papam errare posse.

8. Antequam Papa vel Concilium aliquid definiant de Fide et moribus, diuino tenentur praecepto humanam inquisitionem ac discussionem adhibere.

9. Infallibilitas non est promissa diuinitus huic discussioni, sed conclusioni.

10. Licet haec discussio maior minorve pro rerum grauitate esse debeat, non potest tamen tanta rei grauitas esse, vt Papa indigeat generalis Concilij discussione ad infallibiliter definiendum.

p. 329. 11. De Fide est Papae definitio, cum dicit: „Contrarium anathema sit“: „Haereticum est“: „Repugnat Ecclesiae, Euangelio, Scripturae“, et huiusmodi.

12. Nec secundum priuatam opinionem, sed ex Cathedra respondet, remque de Fide statuit esse, cum Papa ad id, de quo consulitur, directe, absolute et sine haesitatione respondet.

13. Probabilius est esse de Fide immediate, eum, qui iam electus et ab Ecclesia receptus est pro vero Papa, esse verum et legitimum Papam: neque id locum habere dumtaxat, postquam Papa aliquod edidit decretum Fidei, sed etiam antea.

De Traditionibus.

1. Diuina t^raditi^o est, quam, licet in Scripturis non habeatur, ex ore Christi acceperunt Apostoli: et haec est de Fide.

2. Idem iudicium est de Apostolica traditione, quam ut instrumenta Spiritus sancti seu Spiritu sancto dictante Apostoli tradiderunt Ecclesiae.

3. Est et quaedam Apostolica traditio, quam Apostoli vt Ecclesiae gubernatores sanxerunt, et haec recipit dispensationem per Apostolicam Sedem, nec est de Fide.

4. Multo minus Apostolica quaedam traditio, quae non tam ius continet, quam Historiam quandam iam inde a tempore Apostolorum deductam.

[1] Geistliche Orden.

De Doctorum autoritate.

p. 330.

1. Cum Sancti Doctores in aliquo consentiunt, est praeceptum Ecclesiae, ne ab illis recedatur in ijs, quae sunt Fidei et morum, et in expositione Scripturae.

2. Si vnanimis Doctorum Sanctorum consensus affirmat, aliquid esse de Fide aut dogma Ecclesiae, i. e. de Fide, non propter eorum autoritatem definiendi res Fidei, sed indicandi et testificandi, quod aliunde est de Fide.

3. Sin Doctores, cum consenserint, non asserant id esse de Fide, sed, quod docent, probent ex Scriptura vel ex traditione vel ex Ecclesiae definitione, et haec ipsa per se euidentia sint, ipsa per se faciunt rem de Fide.

4. Sin Scripturae et Ecclesiae sanctiones non sunt adeo clarae et euidentes, tunc quod vnanimi Doctorum consensioni aduersatur, non est haereticum, sed erroneum, si tamen, quod Doctores docent, asseueranter doceant.

5. Si quid vnanimiter docent Scholastici Theologi, de quo nihil Patres dixerant, sunt de ipsis faciendae eaedem fere distinctiones, quae supra de Sanctis Doctoribus factae sunt, licet non eodem plane gradu.

Finis.

Laus Deo Et B. Mariae.

Es folgen drei Seiten „Errata“, „Correcta“; auf der letzten Seite für den Buchbinder „Regestum“: + A B C D E F G H I K[1] L M N O P Q R S T V X. Omnes sunt Quaterniones, + Semiduernio.

Romae. Excudebat Franciscus Zanettus. MDLXXXVI.

---

[1] Durch Druckf. „R“.

C

Rückäufserung der vier deutschen Provinzen

über die Ratio studiorum,

erstattet im J. 1594.

(Archiv. Germ., Rhen. Inf. XIII. A. 1. p. 749 sqq.)

Vorbemerkung. Der P. Aquaviva hatte die Provinzen der Ges. J. aufgefordert, die Schulen nach der R. st. von 1586 einzurichten, ihre Erfahrungen für oder wider zu machen, zu sammeln und nach Rom einzusenden. Die von den vier deutschen Provinzen erhobenen Bedenken gegen die Studienordnung wurden in ein Ganzes vereinigt und eingesandt. Im folgenden Aktenstücke sind die deutschen Vorschläge („Proposita") und die römischen Antworten darauf („Responsa") neben einander gestellt. Man beachte zugleich, mit welchem Freimute der Verkehr mit dem P. General in der Ges. J. stattfindet. — Die vier damaligen Provinzen der deutschen Assistenz waren: Österreich, Oberdeutschland, Rhein und Belgien. — Worauf sich die NNr. beziehen, ist nicht ersichtlich.

Responsa ad ea, quae quatuor Provinciae Germaniae proposuerunt circa Rationem Studiorum. A. 1594.

(Proposita:)	(Responsa:)
1. Librum judicant recipiendum, et in breviorem formam praecisa omni sermonis asperitate redigendum.	Ad. 1. Resp. Cum liber secundo edetur, curabitur, ut, si quid praecidendum v. accommodandum videatur, fiat.
2. Petunt Regulas communes omnibus Studiosis externis.	Ad 2. R. Assistens curabit communicari Regulas omnibus communes, si eas non habent; quas cum habuerint, curent Superiores, ut Scholaribus exhibeantur.
In Regulas Provincialis. 18. Petitur, ut liceat accipere chirothecas in promotione loco honorarii.	Ad 18. R. Servetur regula, nihil enim movet ad ejus dispensationem.

(Proposita:)	(Responsa:)
19. Petitur, ut praeter Promotorem et Praeceptorem Decanus Facultatis, cujus est praeesse toti actioni, unusque et alter Theologiae Doctor vel Collegii Rector etiam intersit convivio Academico. Nam sine gravi offensione hi abesse non possunt in Rheno et Austria.	Ad 19. R. Hac in re idem omnino obseruandum est, quod de conviviis ad Germaniae Provincias scriptum nuper est.*
32. Petitur, ut Austriaci et Rhenenses [1] biennio et sex v. septem mensibus possint absoluere cursum philosophicum ob rationes in Actis Provinciae Rhenanae allegatas: Pro Belgio vero, ut biennio, quia aliter ob morem Academiae facere non possunt. Poscunt autem Belgae, ut ultimo trimestri Rhetorices docere possint Dialecticam, quod hactenus fecerunt, ut plus temporis supersit Aristoteli.	Ad 32. R. Cum communis consuetudo ubique recepta sit, ut ad minimum triennio Cursus philosophicus absolvatur, non videtur in ea re dispensandum, praecipue cum differentia sit tantum trium circiter mensium: Et quidem, ubi Nostris Philosophia praelegitur, nullo modo id faciendum est: Ubi autem ex Nostris non sunt Philosophiae Auditores, videat Provincialis pro re nata, quid faciendum expediat, id enim ejus arbitrio in his locis relinquitur. Quod autem de Dialectica petitur, concedi non expedit, nulla enim hujus rei apparet utilitas.
48. Petitur, ut Theologis et Philosophis vacatio sit a Natali Domini ad Circumcisionem, et a feria 3ª Hebdomadae sanctae ad Octavam Paschae.	Ad 48. R. Conceditur quod petitur.

* 20. Maji a. 1594. Schon 1587 hatte der P. General Aquaviva die vom Visitator Oliverius Manareus aufgestellte (n. 103) Vorschrift genehmigt: „Ad aliorum convivia nostri non accedant nisi perraro: ad coenam nunquam omnino; ne Rector quidem ipse foris comedat, nisi Princeps vel similis invitet.“ Archiv. Germ. l. c. p. 567 infra.

[1] Die Germania Superior war also für den 3jähr. philos. Kurs.

(Proposita:)

53. Petitur, vt, quandocunque in feriam festum inciderit, vacationis dies concedatur. id enim convenit cum reg. 39. Professoris Philosophiae. Et in his locis tenentur Magistri cum discipulis totis festis diebus interesse Concioni, Sacro et Vesperis cantatis.

65. Non placuit modus ille adsciscendi quosdam in perpetuos Praeceptores. videtur enim modus esse politicus. Multo minus placet, quod in Regula Praefecti inferiorum Classium dicitur, perpetuos non debere habitare in eodem Collegio cum non perpetuis. (66.) Temperandum quoque videtur quod additur: Praeceptores non perpetuos non debere docere ultra triennium sine licentia Generalis.

95. Petit Provincia Austriaca dispensationem de* Catechismo per horam docendo, quam Rhenani et Superior Germania a R. P. N. alias obtinuerunt.

p. 750.

In Regulas Rectoris.

60. Petitur, ut in Academiam quinquaginta optentur, etiam non Sodales, ubi exiguus numerus Sodalium est.

Ex Reg. Praef. Infer. Class.

8. Hebraeae linguae cura pertinet ad Praefectum Superioris Classis.

(Responsa:)

Ad 53. R. Cum hoc nonnisi raro accidat, nihil videtur mutandum: quando autem per plures hebdomades id eueniret, unde recreatio Scholasticorum impediretur, Provincialis videat, quid agendum.

Ad 65. R. Considerabitur, quid magis expediat, cum res ad universam Societatem spectet: illud autem certum est, modum hunc non esse politicum.

Ad 66. R. Id quod accommodabitur.

Ad 95. R. Nobis quidem videtur, dimidiam satis esse, si velint Catechismum docere et non potius concionari, praesertim cum semel in hebdomada fiat: si tamen | videatur longius tempus necessarium, videat Provincialis et statuat, quid agendum, modo non turbetur ordo exercitationum in libro praescriptus.

Ad 60. R. Conceditur, ut fieri possit arbitrio Provincialis.

Ad 8. R. Tolletur ex hoc loco lingua hebraica.

* Rectius: pro.

(Proposita:)	(Responsa:)
21. Non potest servari in Germania: multi enim veniunt ex longinquis regionibus et saepe haereticis, quos non expedit rejicere.	Ad 21. R. Accommodabitur regula, et ponetur, id fieri posse a Rectore.
35. Cum praemiorum distributio jam in Germania non possit omitti, petitur, ut sumptibus Collegii ea fiat, quando aliunde haberi non possunt.	Ad 35. R. Id multis rationibus fieri non potest, nova praesertim Sanctissimi constitutione. Sperandum tamen, nunquam defuturos Praelatos et Maecenates, qui ad ipsum praestandum sumptum liberaliter largiantur.
35. (Item) Petitur, ut mos in Germania consuetus retineatur, ut praecipue quidem ratio compositionis habeatur in iis, qui praemia referunt, sed praeterea quoque diligentiae concertationum.	Ad 35. R. Retinenda et servanda est regula: id enim, quod petitur, est praeter morem praemiorum.
In Regulas Professoris Scripturae.	
23. Repetitio domestica Scripturae tollenda videtur.	Ad 23. R. Cum semel in hebdomada tantum fiat, non videtur tollenda.
In Regulas Prof. Scholasticae Theol.	
26. 27. Quibusdam visum est, post lectionem in scholis non esse repetendas lectiones ob angustias temporis et aliis de causis.	Ad 26. R. Tolletur quod praescribitur de interrogandis Auditoribus. (Ad 27. R.) Repetitiones omnino fieri debent, saltem per quadrantem, ut Romae fit.
56. Petitur dispensatio (quae olim concessa fuit), ut aliquando theses longiores in forma libelli contra haereticos edantur.	Ad 56. R. Circa hujusmodi libellos utantur licentia, quam habent.
In Regulas Tertiae Cl. Gramm.	
72. 73. Petitur, ut in Confessionibus audiendis ea ratio teneatur, quam quaeque Provincia commodissimam experta est.	Ad 72. 73. R. Ubi est introductus usus, quem liber praescribit, retineri potest: ubi vero non est introductus,

(Proposita:)	(Responsa:)
	potest fieri, ut extraordinarie aliquando exponantur aliqui Confessarii ad discipulorum confessiones audiendas.
39. Non convenit hujus Classis Auditoribus, sicut nec 32. secundae cl. Gramm.: nam harum Auditores versus scribere nesciunt; et alia quaedam in his regulis sunt captum puerorum superantia.	Ad 39. R. Corrigentur ea, quae vetantur.
In Regulas Secundae Cl. Gramm.	
47. Certamina classium inter se, quia multa incommoda habent, videntur praetermittenda aut rarissime usurpanda.	Ad 47. R. Ad tollenda hujusmodi concertationum incommoda moderabitur tempus. Itaque experiantur[1], quomodo succedat ter v. quater in anno.
In Regulas Humanitatis et Rhetoricae.	
1. Ne Rhetor obruatur, videntur declamationes poëticae menstruae relinquendae Professori Humanitatis.	Ad 1. R. Non videtur hoc praestari posse ab Humanistis. quare Rhetoribus relinquendum.
2. In Rhetorica videntur ab Auditoribus recitanda praecepta Rhetorices, quorum nulla mentio.	Ad 2. R. In Classe Rhetorica non est hoc necesse, cum sit factum in Classe Humanitatis.
24. Rhetores vocantur pueri.	Ad 24. Corrigetur.

Mandato R. P. N. Generalis
Jacobus Dominicus.
(Secret.)

[1] Docum. nostr. „experiatur".

Zweiter Teil

A. Die endgültige Ratio studiorum von 1599 und 1832.

B. Die Rückäufserungen der deutschen Provinzen der G. J. auf die R. St. von 1599.

A

Erster Abschnitt.

Ratio Atque Institutio Studiorum S. J.

System und Plan der Studien in der Gesellschaft Jesu.

Diejenige Ratio studiorum, welche volle Gesetzeskraft erhielt, und die wir im folgenden geben, erschien unter dem Titel: „Ratio atque Institutio Studiorum Societas Jesu. Superiorum Permissu. Neapoli, in Collegio ejusdem Societatis. Ex Typographia Tarquinii Longi, MDXCVJJJ“, 8°., pp. 208. Am Ende: „Neapoli, apud Tarquinium Longhum, 1599.“ Sie wurde auf Anordnung der 5. Gen.-Kgr. gedruckt und annullierte die beiden vorhergegangenen, 1586 und 1591. — Sie wurde auf deutschem Boden zuerst abgedruckt „Moguntiae, ex Typographia Balthasari Lippii, MDC“, 8°., pp. 187, dann 3 SS. weifs und 40 SS. Index Regularum und alphabetischer „Index rerum, quae hoc libro continentur“; voransteht das Schreiben des Sekretärs P. Jacobus Dominicus vom 8. Januar 1599 (mit dem Titelbl. p. I—VI). —

Eine zweite Auflage erschien zu Neapel in der angegebenen Druckerei 1603, 8°.

Die erste römische Ausgabe wurde gedruckt „in Collegio Romano ejusd. Soc. Anno Domini 1606.“ 8°. p. I—VIII; pp. 169; darauf 16 pp. Indices; beigefügt sind die Regulae Scholasticorum. — Die zweite röm. Ausgabe erschien unter dem früheren Titel „Auctoritate Septimae Congregationis Generalis; Romae, in Collegio Romano ej. Societatis“, 1616, 8°., pp. 169, darauf die Indices. Vorausgeschickt wird die Bemerkung, dafs diese Ausgabe sich von der von 1598 [1599] nur durch einige kleine Zusätze unter-

scheide. Dieselbe liegt den beiden Prager Ausgaben des Institutum S. J. zu grunde; ihre wenigen Zusätze sind von uns kenntlich gemacht durch „m. om.“ (editio Moguntina omisit) oder durch „pr. addit“. (Pragensis addit.)

Eine besondere Ausgabe der Gymnasialregeln ist: „Regvlae studiorvm inferiorvm S. J.“ Insvlis, ex officina Petri de Rache, sub Biblijs aureis, Anno 1628, 8°. pp. 17.

„Rat. atque Inst. St. S. J. Auctoritate Septimae Congr. generalis aucta. Antverpiae apud Joan. Meursium“, 1635, 8°. Ein Abdruck der röm. Ausg. von 1616.

[Dr. Herenäus Heyd] „Der Societät Jesu Lehr- und Erziehungsplan, treu dargestellt und mit Bemerkungen begleitet von dem Verfasser der ‚Grundprincipien eines Schul- und Erziehungsplanes‘.“ Landshut, Dr. u. Verl. v. Jos. Thomann, 8°. 2 Bb. I. Die Gymnasialschulen, 1833; II. Die Lycealschulen, 1835.

Nr. 11.

I. Rundschreiben bei Erlafs der Ratio st. vom 8. Jan. 1599.

Universa studiorum nostrorum ratio, ante quatuordecim annos fieri atque institui coepta, nunc tandem absoluta ac plane constituta, ad Provincias mittitur.

Etsi enim propter magnam utilitatem, quae studiis nostris allatura videbatur, eam multo ante perfici atque in mores induci R. P. N. Generalis optaverat, id tamen hucusque commode fieri minime potuit. Decuit enim in re satis ardua multisque difficultatibus implicata nihil plane definiri, priusquam Provinciarum difficultates ac postulata diligenter examinarentur, ut omnibus, quantum fieri posset, satisfieret, et ut opus, quod ab omnibus deinceps in usum adhiberi debebat, aequioribus omnium animis reciperetur.

Quare, quidquid initio a sex deputatis Patribus de omni studiorum nostrorum ratione magno labore atque industria disputatum atque constitutum fuerat, eo consilio ad Provincias missum fuit, ut doctores nostri et harum rerum periti cuncta diligenter et exacte perpenderent: ut, si quid in hac ratione minus commodum observarent, vel quod institui commodius

posset, animadverterent; quid denique de tota hac ratione sentirent, adhibitis rationum momentis, exponerent.

Quod cum omnes fere Provinciae strenue atque viriliter praestitissent, omnia, quae ab iis observata vel proposita fuerant, Romae iterum a praecipuis Romani Collegii doctoribus et a tribus deputatis Patribus, qui in hunc finem Romae substiterant, sedulo recognita R. P. N. Generalis cum Patribus Assistentibus accurate perpendit, rationemque hoc modo accommodatam iterum in universam Societatem mitti curavit et, ut ab omnibus exacte servaretur, praecepit.

Monuit tamen Provinciales omnes, ut, quoniam novae institutiones ab experimento solidiorem firmitatem accipiunt, in suis quique Provinciis, quid quotidianus docendi usus ostenderet, adnotarent et Romam postea mitterent, ut extrema tandem operi manus admoveretur, et studiorum nostrorum ratio post tantam tamque diuturnam discussionem certa aliqua firmitate stabiliretur.

Cum vero Provinciales, qui ad Quintam Generalem Congregationem venerunt, ex suis Provinciis quae ex quotidiano usu minus commode accidere animadversa fuerant attulissent, et plerique majorem in hac ratione brevitatem praeter caetera desiderarent, magno sane labore factum est, ut tota ratio iterum diligenter examinaretur et, perpensis rationum momentis, quae a Provinciis afferebantur, quid tandem firmiter constituendum esset, dijudicaretur, et omnia, quoad fieri potuit, ad breviorem commodioremque methodum redigerentur: quod ita praestitum est, ut sperari merito possit, postremum hunc laborem ab omnibus comprobatum iri.

Quare haec studiorum ratio, quae nunc mittitur, omnibus aliis, quae antehac experimenti causa missae fuerant, posthabitis, servari in posterum ab omnibus nostris debebit, in eoque sedula doctorum nostrorum opera collocanda erit, ut, quae postrema hac ratione praescripta sunt, facile suaviterque executioni mandentur. Quod ita futurum esse, mihi facile persuadeo, si omnes intelligant, rem hanc R. P. Nostro maxime cordi esse.

Superioribus vero, quibus praecipue hoc onus incumbit, graviter sane atque efficaciter R. P. N. Generalis commendat, ut, quanta maxima possunt animi contentione, enitantur, ut res haec tantopere in nostris Constitutionibus commendata, et quae nostris

auditoribus uberes fructus allatura creditur, ab omnibus alacriter et exacte servetur.

Datum Romae 8. Januarii 1599.

Mandato R. P. N. Generalis
Jacobus Dominicus, Secretarius.

Nro. 12.

II. Rundschreiben des P. General Joh. Roothaan vom 25. Juli 1832 bei Veröffentlichung der neu-redigierten Ratio studiorum.

Vorbemerkung. Da wir die Redaktion der Ratio stud. von 1832 zugleich mit dem früheren Wortlaute bringen, müssen wir folgerichtig auch das Einführungsschreiben schon hier abdrucken lassen.

Ad Praepositos Provinciales, Rectores Collegiorum, Praefectos Studiorum ac Professores Joannes Roothaan, Praepositus Generalis S. J.

Quod jam in prima post restitutam Societatem Congregatione generali a Provinciis postulatum fuerat, quodque quam esset necessarium experientia deinceps magis demonstravit, ut scilicet studiorum nostrorum ratio praesentibus temporibus accommodaretur: id ex postremae Congregationis auctoritate curatum et utcunque tandem effectum vobis, RR. PP., proponimus ita in opus deducendum, ut, si quid in ipso usu occurrat incommodi, remedium deinceps adferri; si quid majoris commodi gratia adjungendum videatur, addi suo tempore possit.

Aliquot Patres, ut nostis, e diversis lectos Provinciis Romam advocavimus, qui, quae in Provinciis notata et animadversa in Rationem studiorum fuerant, secum cum attulissent, longo labore et accurato studio inter se omnia conferentes, ea demum proposuerunt, quae a PP. Assistentibus et nobis examinata ac diligenter discussa vobis tandem offerimus usu atque exercitatione probanda, ut dein emendata iterum, ubi opus fuerit, vel aucta, legis universalis vim ac sanctionem obtineant.[1]

[1] Dieses kann erst durch Beschluss einer Generalkongregation geschehen. Inzwischen gilt die neue R. st., soweit sie von der alten abweicht, einfach als Verordnung des Generals.

Grave sane erat, si quod aliud, negotium, in quo nihil leviter, nihil praepropere actum oportuit. Neque vero, ut in epistola ad Provincias missa, qua Patres deputati ad praeparanda huic operi necessaria vocabantur, monuimus, de nova studiorum Ratione formanda agendum fuit, sed de eadem illa antiqua nostris accommodanda temporibus, „quo intelligeretur, quanta cum reverentia hoc negotium tractandum esset, quamque non leviter nec temere quidquam in eo opere mutandum[1], quod et a summis viris, collatis diu multumque consiliis, redactum et duorum fere saeculorum felici experientia comprobatum, et ab ipsis etiam Societatis hostibus non raro laudibus commendatum fuisset."

Quid enim? Ex tam multis, quae in juventutis institutione a decem eoque amplius lustris invecta sunt nova, probari fortasse poterant omnia et adoptari in scholis nostris? Novae in dies methodi, novae formae inventae, novus in tractandis scientiis ordo rerum ac temporum, saepe quidem vel inter sese pugnantes ac repugnantes, qui poterant norma fieri studiis nostris? Quis potius hominum recte sentientium tam multa innovata non deploret, quorum tam amari exstiterunt Ecclesiae reique publicae fructus?

In superioribus quidem scholis sive in gravioribus studiis tractandis nihil admodum esse soliditatis, speciei multum; eruditionis exuberantis indigestam copiam, exactae ratiocinationis parum; scientias, si physica et mathematica excipias, non veros fecisse progressus, sed fere in summa confusione versari, ut non raro, ex qua parte stet veritas, vix appareat, passim boni omnes ingemiscunt. Logicae ac dialecticae severae studium pene despectum jacere; hinc errores mentibus hominum etiam non illiteratorum inseri et, quo fato vel qua fortuna nescias, celebrari pro certis veritatibus ac laudibus extolli, quod nihil stricte et accurate dicatur, nulla definitionis distinctionisve ratio habeatur. Itaque, degustatis leviter philosophicis disciplinis, prodire juvenes nullis instructos armis adversus sophismata novatorum, quae ne discernere quidem a solidis argumentis sciant. Hinc quibusvis erroribus etiam absurdissimis, qui, nisi de rebus gravissimis ageretur, risu magis quam confutatione digni essent, capi mentes et illaqueari, quin ulla occurrat detegendae et commonstrandae falsitatis ratio.

[1] Wirklich schonte die neue Redaktion pietätvoll den alten Text und brachte nur im Notfall eine Änderung an.

De scholis inferioribus quid dicam? Omne studium in eo positum, ut quam plurima pueri discant, discant autem quam brevissimo tempore et quam minimo labore. Belle sane. Sed ista tam multarum rerum disciplinarumque varietas, quas summis labris attingunt potius adolescentuli quam hauriunt, illud scilicet efficit, ut sibi quidem multa scire videantur et aliquando semidoctorum turbam, scientiis aeque ac reipublicae, si qua est alia, perniciosissimam augeant, at nihil vere ac solide sciant. Ex omnibus aliquid: in toto nihil. Ut percursis brevi tempore humanitatis studiis,[1] aetate tenerrimi, ingenio etiamnum rudi, ad gravissima philosophiae superiorumque scientiarum studia accedant, ex quibus cum emolumenti veri capiant ferme nihil, tum majoris libertatis usu capti in vitium praecipites rapiuntur, futuri mox doctores, certe, ut lenissime dicamus, immaturi.

Quod autem methodi usque faciliores excogitantur, id, si quid habere videtur commodi, habet certe et illud incommodi non parum, quod primum quidem quae sine labore comparantur levissime etiam mentibus adhaereant, et brevi tempore acquisita brevi oblivione deleantur; deinde, quod quidem gravioris longe damni est, licet fortasse minus a plerisque cogitetur, quod ille deperdatur puerilis institutionis fructus vix non praecipuus, ut a teneris annis ad seriam animi applicationem et ad laborem non sine vi aliqua sibi illata tolerandum assuescant. Quod quantum valeat in omnem deinceps aetatem ad pravos animi motus compescendos et ad imperandum sibi, quotquot fuere sapientes homines intellexerunt, et Spiritus Sanctus docet ubi ait: „Bonum est homini, si portaverit jugum ab adolescentia sua.“ [Thren. 3, 27.]

Haec ergo tam multa non nova magis quam noxia ac nimium quantum Ecclesiae reique publicae perniciosa ejusmodi sunt, quae a nobis adoptari nullo modo possint, nisi velimus a fine, ob quem isti scholarum labores a Societate suscipiuntur, plane aberrare: qui nequaquam in sola instructione litteraria situs est, sed vel maxime institutionem juventutis christianam sibi propositam habet, sine qua scilicet eruditionis ac doctrinae quantamvis copiam profecto plus damni quam utilitatis in rempublicam conferre tristis nimium multorum annorum experientia comprobavit.

[1] Die Kürze der Gymnasialstudien ist nicht ein Vorwurf an Deutschland, sondern an eine andere Gegend, aus welcher noch in den vierziger Jahren gewisse Leute nach 2 oder 3jähr. „Lateinstudien“ die Universität bezogen.

Verum si novas istas methodos admittere nec decet nos, neque fas est in iis, quae rectae institutioni ac scopo Societatis adversantur, si novitatum amatoribus, etiamsi vel maxime liceret aut expediret, satis a nobis fieri ne posset quidem, cum plerique non ab antiquis magis quam inter se discrepantia et pugnantia postulent: in aliquibus tamen, quae rectae institutionis substantiam non attingunt, a Patrum nostrorum usu recedere temporum nos cogit necessitas, cui eatenus servire non modo nefas non est, sed rationi Instituti nostri ad majorem Dei gloriam vel maxime consentaneum.

Et in studiis quidem altioribus pertractandis quam multa, quae olim ne in controversiam quidem vocabantur, hac autem iniquitate temporum acriter oppugnantur, firmis argumentis constituenda sunt, ne veritatis ipsa fundamenta subruantur! Quam multa vicissim, quae olim ad ingenii exercitationem magis quam ad veritatis confirmationem prolixe etiam agitabantur, nunc utilius omittenda; ut magis necessariis tempus suppetat, iis inquam doctrinis firmandis, in quibus summa rerum vertitur; utque ea, quae ad dubitationem in rebus etiam certissimis atque clarissimis movendam excogitata a male feriatis vel impiis hominibus fuere, veritatis luce discutiantur ac refellantur!

Licuerit sane meliori aevo ingenio indulgere et innoxiis licet, minus tamen utilibus quaestionibus diutius inhaerere; at nunc quidem certe necessitati magis serviendum est, idque eo etiam magis, quod ubique ferme jam angustioribus spatiis studiorum curriculum circumscribatur, cui incommodo remedium per nos adferri optare quidem possumus, sperare vix ac ne vix quidem audemus.

Eadem necessitas plus nunc temporis, quam olim, physicis ac mathematicis studiis tribui postulat. Neque vero haec studia aut a suo Instituto aliena unquam existimavit Societas, aut nobis ea nunc negligere licet, quae maximi hac tempestate fiunt, et sine quibus Societatis academiae honorem tueri suum nequaquam possent, nec publicae exspectationi respondere. Quodsi hisce scientiis multi in sanctissimae religionis detrimentum abusi sunt, tantum abest, ut propterea deseri illae a nobis debeant, ut hoc vel maxime nomine studiosius ad ea incumbere etiam Nostros necesse sit, quo inimicis arma eripere et, quibus isti ad veritatem impugnandam abutuntur, iis ad veritatis defensionem recte uti nos possimus. Veritas enim ubique sibi constat et in

omnibus scientiis una semper atque eadem eminet; nec fieri potest, ut, quod in physicis aut mathematicis verum sit, veritati altioris ordinis unquam repugnet; modo ne ficta pro libidine ac temere affirmata pro veris atque indubitatis obtrudantur; quod ipsum impiorum artificium detegere atque convellere studium est christiano ac religioso physices ac matheseos cultore dignissimum.

Denique in scholarum inferiorum ratione illud providendum fuit, ut in illis tum accessoriis quibusdam rebus addiscendis aliquid temporis assignaretur, tum praesertim linguae ac litteraturae patriae diligentior daretur opera, ita tamen, ut salvum semper maneret ac praecipuum studium latinarum graecarumque litterarum, quae, ut olim fuere, ita sunt etiam nunc principes solidae doctrinae bonaeque litteraturae fontes ac perfectissima pulchritudinis exempla; quae si ob oculos animosque magis versarentur, non tam multa prodirent in dies hominum ingeniosorum scripta non minus dicendi forma ac stylo, quam sententiis et opinionibus nova plane ac singularia, quae vulgo quidem admirationi sunt ac stupori, sapientes tamen quique ac verae pulchritudinis studium habentes ea ut depravatae nostris temporibus una cum moribus eloquentiae signa minime dubia miserantur ac dolent.

In eo igitur totus hic accommodandae Rationis studiorum versatus est labor, ut necessitati temporum ita serviretur, quo tamen de solida rectaque juventutis institutione quam minimum decederet.

Reliquum nunc est, RR. PP., ut, quae hic parata vobis offerimus, studiose ac diligenter in opus deducantur. Licet enim quaedam in his nunc quidem nonnisi temporaria sint, donec ipso usu atque experientia duce, quid fortasse immutandum, quid adjungendum, quid tollendum sit, appareat; si tamen, quod nondum definita penitus ac stabilita sint, ideo segnius in actum deducerentur, nunquam posset de successu certum ferri judicium. Itaque Superiores exsecutionem ut urgeant, vehementer commendamus; designenturque in singulis Collegiis qui successum hunc ipsum observent et, quid forte incommodi alicubi occurrat, quid majoris commodi gratia adhiberi posse videatur, adnotent nobisque, quae illi adnotaverint, Praepositi Provinciales cum suis Consultoribus considerata et expensa transmittant.

Et quoniam novae in dies, in philosophicis praesertim disciplinis, exsurgentes opiniones vigilantiam nostram merito acuere

debent, urgendum censemus quod Congregatio ab restituta Societate prima faciendum praescripsit, ut sc. Provinciales nobis approbandum proponant elenchum opinionum, quas a Nostris doceri non expediat.

Itaque ad grande munus studiosae juventutis instituendae strenue quisque pro gradu et officio suo incumbamus. Cum enim illud unum sit e praecipuis Societatis nostrae ministeriis, ob quod inter caetera et Pius VII. s. mem. Societatem redivivam voluit, et principes ac populi eandem potissimum expetiverunt, cogitemus, quaeso, quantum cordi nobis id esse debeat, quo Ecclesiae reique publicae de nobis exspectationi respondeamus, Deoque Optimo Maximo, quod caput est, operam nostram probemus: cui equidem multis Sacrificiorum milibus e Societatis thesauro oblatis supplicare pro felici hujus tanti operis successu non destiti, nec porro desistam, et in hoc eodem negotio supplices mecum apud Dominum vos cupio. Romae, 25. Julii 1832.

Wir legen im folgenden die Mainzer Ausgabe der Ratio st. [m] von 1600, editio in Germania princeps, zu grunde und bemerken die etwaigen Abweichungen der 2. Prager Ausgabe [pr]. Die kleineren Zusätze oder Abänderungen der neuen Ratio st. von 1832, die jedoch volle Gesetzeskraft noch nicht erhalten hat, geben wir in Kursivschrift und die gröfseren Textesänderungen stets in der rechten Kolumne. Wollten wir alle Ausgaben der R. st. vergleichen, so erhielten wir ein Verzeichnis nicht von Lesarten, sondern höchstens von Druckfehlern. — Die Vorgeschichte der R. st. von 1832 müssen wir natürlich auf einen späteren Band verschieben.

Nro. 13.

Regulae Praepositi Provincialis.

Finis studiorum Societatis.

1. Cum ex primariis Societatis nostrae ministeriis unum sit, omnes disciplinas Instituto nostro congruentes ita proximis tradere, ut inde ad Conditoris ac Redemptoris nostri cognitionem atque amorem excitentur, omni studio curandum sibi putet Praepositus Provincialis, ut tam multiplici scholarum nostrarum labori fructus, quem gratia nostrae vocationis exigit, abunde respondeat.

Praef. stud. generalis.

2. Proinde non solum id Rectori valde commendet in Domino, sed ei etiam Praefectum studiorum vel Cancellarium adjungat, virum in litteris *et scientiis* egregie versatum, qui et zelo bono et judicio ad ea, quae sunt ei committenda, polleat, cujus sit munus, generale Rectoris instrumentum esse ad studia bene ordinanda: cui Professores et scholastici omnes, tum qui in eodem Collegio, tum etiam si qui in Convictorum et Alumnorum Seminariis forte degunt, et Praefecti ipsi studiorum in Seminariis, in rebus ad studia pertinentibus ea, qua par est, humilitate pareant.

Praef. st. inferiorum et atrii.

3. Quodsi ob Gymnasii amplitudinem ac varietatem per unum studiorum Praefectum non videatur scholarum omnium rationibus satis esse consultum, alterum constituat, qui ex generalis Praefecti praescripto inferioribus studiis moderetur; quin etiam, si ita res exigat, adjiciatur tertius, qui scholarum atrio praesit.

Professores quomodo comparandi.

4. Multo ante provideat, quosnam pro unaquaque facultate Professores habere possit, observatis iis, qui ad eam rem videntur aptiores, qui docti, diligentes et assidui, ac profectus studentium, tum in lectionibus tum in aliis litterariis exercitationibus, studiosi sint.

S. Scripturae studium et Magister.

5. Magnam diligentiam adhibeat in promovendo sacrarum litterarum studio; quod perficiet, si viros ad id muneris eligat non solum linguarum peritos (id enim maxime necessarium est), sed etiam in theologia caeterisque scientiis, in historia variaque eruditione et, quoad ejus fieri possit, in eloquentia bene versatos.

Auditores et tempus.

6. Hanc autem sacrae Scripturae lectionem per biennium 1599], hoc est secundo fere et tertio Theologiae anno Theologi audiant quotidie per tres circiter horae quadrantes, ubi duo sunt Theologiae Professores; ubi vero 1832] theologi audiant quotidie per horam.

Regeln des P. Provinzials.

1. Da es eine der wichtigsten Dienstleistungen unserer Gesellschaft ist, alle zu unserem Institute passenden Wissenschaften den Nebenmenschen derart vorzutragen, dafs dieselben hiedurch zur Erkenntnis und Liebe unseres Schöpfers und Erlösers aufgemuntert werden, so halte der Provinzial es für seine Pflicht, mit allem Eifer dafür zu sorgen, dafs unsern so vielfachen Bemühungen auf dem Gebiete der Schulen auch der Erfolg, welchen die Gnade unseres Berufes fordert, reichlichst entspreche.

2. Daher empfehle der Provinzial nicht blofs dies dem Rektor eindringlich im Herrn, sondern er gebe ihm auch als Studienpräfekten oder Kanzler einen Mann zur seite, der in der Literatur *und den Wissenschaften* ausgezeichnet bewandert, durch wahren Seeleneifer und richtiges Urteil für seine Amtsobliegenheiten vollbefähigt ist, und dessen Beruf darin besteht, das allgemeine Werkzeug des Rektors zur guten Anordnung der Studien zu sein. Demselben sollen die Professoren und Scholastiker insgesamt, sowohl die im Kollegium selbst, als auch jene, die etwa in den Konvikten oder Alumnaten wohnen, sowie die Studienpräfekten in den Seminarien mit der gebührenden Demut in allen Dingen gehorchen, welche auf die Studien bezug haben.

3. Sollte es sich herausstellen, dafs ein einziger Studienpräfekt wegen der Ausdehnung und Mannigfaltigkeit des Gymnasiums nicht für alle Schulen und Fächer ausreicht, so bestelle man einen zweiten, der nach Vorschrift des Generalpräfekten die niedrigen Klassen leite, ja im Notfalle noch einen dritten zur Aufsicht über die Räume vor den Schulen [Gänge und Hof].

4. Schon lange vorher sehe er [d. Prov.] zu, welche er zu Professoren in jeder einzelnen Fakultät nehmen könne, und achte auf jene, die zu dem bestimmten Fache geschickter scheinen, die gelehrt, sorgfältig, anhaltend fleifsig und für den Fortschritt der Studierenden sowohl in den Vorlesungen als in sonstigen wissenschaftlichen Übungen eifrig sind.

5. Mit grofser Sorgfalt befördere er das Studium der h. Schriften; dies wird ihm gelingen, wenn er zu diesem Amte Männer auswählt, die nicht allein sprachenkundig (denn das ist am nötigsten), sondern auch in der Theologie und den übrigen Wissenschaften, in der Geschichte und ausgedehntem gelehrten Wissen, auch, soweit es angeht, in der Beredsamkeit gut zu hause sind.

6. Diese Vorlesung über die h. Schrift aber soll zwei Jahre lang
1599], d. h. ungefähr im 2. und 3. Jahre der Theologie, täglich etwa $^3/_4$ St. gehört werden, wo es zwei Professoren der Theologie sind. Wo es aber drei Professoren gibt, sei die Vorlesung entweder täglich, je-
1832] täglich von den Theologen eine Stunde lang gehört werden.

tres, vel singulis diebus breviorem, vel, si magis placeat, longiorem alternis.

Hebraeae linguae professor qualis.

7. Linguam Hebraeam, si commode possit, doceat sacrae Scripturae professor, vel saltem aliquis, qui sit Theologus; optandumque, ut esset etiam linguarum peritus, non solum Graecae propter novum testamentum et versionem septuaginta Interpretum, sed etiam Chaldaicae et Syriacae, cum ex his linguis multa in libris Canonicis sparsim habentur.

7. Linguam hebraeam, si commode possit, doceat sacrae Scripturae professor, vel saltem aliquis, qui sit theologus; optandumque, ut esset etiam linguarum peritus, non solum graecae propter novum Testamentum et versionem LXX interpretum, sed etiam chaldaicae, syriacae, nec non arabicae et indicarum, quatenus hae linguae utiles esse possunt ad sacras Scripturas interpretandas aut earum auctoritatem vindicandam.

Auditores et studium.

8. Ab hac lectione per annum audienda, h. e. secundo fere vel tertio[1] Theologiae, Theologi non eximantur, nisi qui ad eam inepti penitus censerentur. Praeterea, ut monent Constitutiones,[2] deliberare debet, quinam sint huic studio addicendi; qui vero addicti fuerint, biennio, quod repetendae Theologiae praescribitur, plus studii in Hebraicis ponant, imo in ipso cursu Theologiae privata academia, saltem in vacationibus, si fieri potest, juventur.

8. A lectione linguae hebraeae per annum audienda theologi non eximantur, nisi qui ad eam inepti censerentur. Praeterea, ut mouent Constitutiones, deliberare debet, quinam sint hujus et ceterarum linguarum studio addicendi; qui vero addicti fuerint, biennio, quod repetendae Theologiae praescribitur, plus studii in linguis ponant, imo in ipso cursu theologiae privata academia, saltem in vacationibus, si fieri potest, juventur.

Theologiae cursus et magistri.

9. §. 1. Quadriennio ex Constitutionibus Theologiae cursum absolvi curet, idque a duobus vel, si omnino aliter commode fieri non posset, a tribus ordinariis professoribus, pro diverso provin-

9. §. 1. Quadriennio ex Constitutionibus theologiae cursum absolvi curet, idque a duobus ordinariis professoribus. Tertius autem sit, qui ex professo et solide, succincte tamen, explicet

[1] m. secundum, tertium.
[2] P. 4. c. 6. D.

doch kürzer, oder, wenn man will, jeden andern Tag und dann länger.

7. Die hebräische Sprache lehre, wo es gut angeht, der Professor der h. Schrift, oder doch ein Theolog; und zu wünschen wäre es, dafs er in den Sprachen erfahren sei, nicht allein in der griechischen wegen des neuen Testamentes und der Übersetzung der Septuaginta, sondern auch in der chaldäischen und syrischen, weil auch von diesen Sprachen manches da und dort in den kanonischen Büchern vorkommt.

8. Von der Anhörung dieser Vorlesung während eines Jahres, d. h. gemeiniglich im 2. und 3. Jahre der Theologie, sollen die Theologen nicht befreit werden, sie würden sich denn als ganz unfähig dafür herausstellen. Überdies mufs er (d. Prov.) gemäfs der Mahnung der Konstitutionen wohl überlegen, welche Scholastiker sich diesem Studium widmen sollen; jene aber, welche demselben zugewiesen sind, sollen in den zwei Jahren, welche zur Wiederholung der Theologie angewiesen sind, sich vorherrschend auf das Hebräische verlegen, ja auch im theol. Kurse selbst wo möglich durch Privat-Akademien wenigstens an freien Tagen Nachhilfe finden.

9. § 1. Er sorge dafür, dafs gemäfs den Konstitutionen der theologische Kurs in vier Jahren vollendet werde, und zwar von zwei, oder wenn es anders nicht leicht sein kann, von drei ordentlichen Professoren, je nach dem Gebrauche

7. Die hebräische Sprache lehre, wo es gut angeht, der Professor der h. Schrift oder doch ein Theolog; und zu wünschen wäre es, dafs er in den Sprachen erfahren sei, nicht allein in der griechischen wegen des neuen Testamentes und der Übersetzung der Septuaginta, sondern auch in der chaldäischen, syrischen ferner der arabischen und in dee indischen Sprachen, soweit dies. Sprachen zur Erklärung der h. Schriften und zur Verteidigung ihres Ansehens nützen können.

8. Von der hebräischen Sprachstunde während eines ganzen Jahres sollen die Theologen nicht befreit werden, sie würden sich denn als unfähig dafür herausstellen. Überdies mufs er (d. Prov.) gemäfs der Mahnung der Konstitutionen wohl überlegen, welche Scholastiker sich dem Studium dieser und der übrigen (oriental.) Sprachen widmen sollen; jene aber, welche demselben zugewiesen sind, sollen in den zwei Jahren, welche zur Wiederholung der Theologie angewiesen sind, sich vorherrschend auf das Studium der Sprachen verlegen, ja auch im theol. Kurse selbst wo möglich durch Privat-Akademien wenigstens an freien Tagen Nachhilfe finden.

9. § 1. Er sorge dafür, dafs gemäfs den Konstitutionen der theologische Kurs in vier Jahren, und zwar von zwei ordentlichen Professoren vollendet werde. Auch ein dritter Professor soll da sein, der fachmäfsig und gründlich, jedoch

ciarum usu. Ubi autem tres erunt, tertia lectio erit moralis Theologiae, in qua ex professo et solide explicentur materiae morales, quae ab ordinariis Professoribus vel omnino praetermitti vel brevissime perstringi solent. Quam quidem lectionem Nostri biennio saltem audiant, alteroque biennio Scripturam sacram.[1]

§. 2. Illud autem in primis meminerit, non esse ad Cathedras Theologicas promovendos, nisi qui erga S. Thomam bene affecti fuerint; qui vero ab eo alieni sunt, vel etiam ejus parum studiosi, a docendi munere repellantur.

materias morales, quae ab ordinariis professoribus vel omnino omitti vel brevissime perstringi solent. Quam quidem lectionem nostri biennio saltem audiant, alteroque biennio Scripturam sacram. In iis tamen, quae ad theologiae moralis tum professorem tum lectiones pertinent, regionum ac provinciarum variarum ratio habeatur.

§. 2. Praeterea provideat, ut sint semper aliqui e Nostris, qui intra quadriennium juri canonico, historiae ecclesiasticae et ceteris disciplinis theologicis applicentur, ne umquam desit copia idoneorum professorum in hujusmodi facultatibus.

§. 3. Illud autem in primis meminerit, non esse ad cathedras theologicas promovendos, nisi qui erga S. Thomam bene affecti fuerint; qui vero ab eo alieni sunt, vel etiam ejus parum studiosi, a docendi munere repellantur.

Biennium ad Theol. repetendam.

10. Initio quarti anni cum Rectore, Praefecto, Magistris suisque Consultoribus designet aliquos, qui et probatae virtutis in primis sint et ingenio polleant, ut ad Theologiam privatim repetendam et habendos actus, Superioris arbitrio, biennio, ut Constitutiones jubent,[2] privatum et quietum studium habeant, de quo privata inferius erit instructio: ex quibus, ubi regionis mos est, poterunt aliqui, facta a Generali potestate, ad gradus Doctoratus vel Magisterii promoveri.[3]

[1] Die Sätze von „Ubi autem“ bis „b. Script. sacram“ fehlen in m.
[2] P. 4. c. 6. n. 14. et 16; c. 15. n. 3.
[3] Reg. Prov. 52. et 62. V. tom. I., p. 127 und 129.

der Provinzen. Wo aber drei Professoren sind, soll die dritte Vorlesung über Moraltheologie gehalten werden, fachmäfsig und gründlich jene Moralgegenstände behandeln, die von den ordentlichen Professoren gewöhnlich entweder ganz übergangen oder nur sehr kurz durchgenommen werden. Unsere eigenen Scholastiker sollen diese Vorlesung mindestens in den ersten 2 Jahren, in den folgenden zwei aber die Erklärung der h. Schrift hören.

§ 2. Ganz besonders aber darf er nicht vergessen, dafs zu theologischen Lehrstühlen einzig Männer, die auf den h. Thomas gut zu sprechen sind, befördert werden dürfen. Wer ihm kalt gegenüber steht oder weniger auf ihn hält, soll vom Lehramt entfernt werden.

in gedrängter Kürze jene Moralgegenstände behandle, die von den ordentlichen Professoren gewöhnlich entweder ganz übergangen oder nur sehr kurz durchgenommen werden. Unsere eigenen Scholastiker sollen diese Vorlesung mindestens in den ersten 2 Jahren, in den folgenden zwei aber die Erklärung der h. Schrift hören. In betreff des Professors der Moraltheologie und seiner Vorlesungen soll man jedoch die verschiedenen Gegenden und Provinzen berücksichtigen.

§ 2. Aufserdem sehe er vor, dafs immer etliche von den Unsrigen innerhalb der vierjähr. Theologie dem Studium des kanonischen Rechts, der Kirchengeschichte und der anderen theol. Fächer zugewiesen werden, damit es nie an fähigen Professoren für solche Wissenschaften fehle.

§ 3. Ganz besonders aber darf er nicht vergessen, dafs zu theologischen Lehrstühlen einzig Männer, die auf den h. Thomas gut zu sprechen sind, befördert werden dürfen. Wer ihm kalt gegenüber steht oder weniger auf ihn hält, soll vom Lehramt entfernt werden.

10. Im Anfange des 4. (theol.) Jahres bestimme er im Verein mit dem Rektor, dem Präfekten, den Lehrern und seinen Konsultoren einige Scholastiker besonders von bewährter Tugend und gutem Talente, damit sie nach der Vorschrift der Konstitutionen zwei Jahre lang in Ruhe ihr Privatstudium haben, um für sich die Theologie zu wiederholen und nach Gutfinden des Obern die akademischen Akte zu halten. Hierüber folgt unten eine besondere Anweisung. Wo es Landessitte ist, können einige von ihnen mit Genehmigung des Generals zum Doktor- oder Magistergrade befördert werden.

Promotio ad gradus.

11. Ubi est consuetudo, ut publica fiat promotio ad gradus, Constitutio[1] accurate servetur, nec ullus promoveatur nisi theses aliquot ex insignioribus Scripturae locis, scholasticis conclusionibus intermisceat, *imo, nisi quid obstet, ex historia quoque ecclesiastica et jure canonico.* Ratio quoque promovendi et reliqui ritus (modo ne Constitutionibus repugnent) pro cujusque loci consuetudine statutisque teneantur.

Casuum Professor.

12. Duos in eo Collegio, ubi est pro nostris Seminarium casuum conscientiae, casuum Professores constituat, qui universas ejus generis materias inter se divisas biennio explicent; vel unum, qui binas quotidie lectiones habeat.

12. Duos in eo collegio, ubi est seminarium pro nostris, qui theologiae per quadriennium non applicantur, professores constituat. Quorum alter biennio universas theologiae moralis materias bis in die, ubi fieri poterit, explicet, alter vero sufficientem tradat notitiam dogmatum ad docendam religionem, eamque a communioribus saltem objectionibus tuendam. Quodsi unus tantum fuerit professor, idem biennio materias morales et dogmaticas tractet. Si verò in eodem collegio hujusmodi scholasticos cum aliis theologis versari contigerit, poterunt assistere lectioni theologiae moralis cum ceteris per biennium, quo tempore provideatur, ut per aliquem, v. gr. qui theologiam repetit, sufficientem illam dogmatum notitiam acquirant.

Collatio Casuum.

13. Bis in hebdomada in domibus professis, in collegiis bis aut semel, ut melius esse in Domino judicaverit, sive in iis aliqua sit, sive nulla publica casuum *seu theologiae moralis* lectio, sacerdotes nostri conveniant ad habendam inter se de casibus collationem, aliquo praeside a se constituto, qui prudenter ac tuto possit hanc provinciam sustinere; atque is praeses regulas professoris casuum *(theologiae moralis)*, in quibus modus hujus collationis praescribitur, legat ac servet.

[1] P. 4. c. 6. n. 17; c. 17. n. 8. et lit. M.

11. Wo es Sitte ist, dafs eine öffentliche Promotion zu den Graden stattfindet, soll die Konstitution genau eingehalten, und keiner befördert werden, aufser er nehme unter den Thesen aus der spekulativen Theologie auch einige von den wichtigeren Schrifttexten, *ja, wo nichts im Wege steht, auch Thesen aus der Kirchengeschichte und dem kanonischen Recht auf.* Die Art der Promotion und sonstige Gebräuche sollen (wenn sie den Konstitutionen nicht widersprechen) nach den Sitten und Statuten der örtlichen Anstalt gehalten werden.

12. In dem Kollegium, wo für unsere Fratres ein Seminar von Moralisten ist, bestelle er zwei Professoren der Kasuistik, welche alle Gegenstände dieser Art unter sich teilen und in zwei Jahren durchnehmen, oder einen einzigen, der täglich je zwei Vorlesungen hält.

12. In dem Kollegium, wo ein Seminar für unsere Fratres ist, welche nicht den 4jähr. theol. Kurs machen, bestelle er zwei Professoren. Der eine von ihnen soll innerhalb 2 Jahre alle Gegenstände der Moraltheologie in täglich zwei Vorlesungen wo möglich durchnehmen; der andere aber soll ihnen eine hinreichende Kenntnis der Dogmatik beibringen, so dafs sie die Religion lehren und wenigstens gegen die gewöhnlicheren Einwürfe verteidigen können. Wo nur ein Professor ist, möge dieser in 2 Jahren die Gegenstände der Moral und Dogmatik behandeln. Wenn aber im nämlichen Kollegium derartige Scholastiker zugleich mit anderen (4jähr.) Theologen zusammen sein sollten, so können die letzteren im Vereine mit den übrigen 2 Jahre lang der Vorlesung über Moraltheologie beiwohnen, wobei gleichzeitig dafür zu sorgen ist, dafs die ersteren durch jemanden, z. B. einen, welcher seine Theologie wiederholt, jene hinreichende Kenntnis der Dogmatik erhalten.

13. Unsere Priester sollen in den Profefshäusern wöchentlich zweimal, in den Kollegien ein- bis zweimal, wie es im Herrn gut erscheint, ob in denselben Vorlesung über Kasuistik *oder Moraltheologie* sei oder nicht, sich zusammenfinden, um unter einander Konferenz über Gewissensfälle zu halten. Hiebei soll ein vom Provinzial bestimmter Pater den Vorsitz führen, ein Mann, der mit Klugheit und Sicherheit dies Amt verwalten kann. Derselbe lese und halte die Regeln des Professors der Kasuistik *(Moraltheologie)*, in welchen der Gang dieser Konferenz vorgeschrieben wird.

Eadem collatio in Collegiis primariis.

14. Fiat etiam hujusmodi casuum collatio in primariis collegiis (1599: sive unus duove sint casuum professores, sive nullus), potissimum pro omnibus Theologiae auditoribus, sed semel tantum in hebdomada.

Ab ea non eximendi.

15. Ab his autem omnibus, quas diximus, collationibus praeter Theologiae ac Philosophiae professores, et si quos alios excipiendos Superior judicaverit, nulli praeterea casistae *(theologiae moralis auditores)* nullique sacerdotes, qui ex instituto vel interdum confessiones audiant, eximantur; imo Superior ipse non nisi raro et graves ob causas absit.

Philos. professores quales.

16. Philosophiae professores, nisi gravissima necessitas aliud exigat, oportet non modo cursum Theologiae absolvisse, sed eandem biennio repetisse, ut eorum doctrina tutior esse possit magisque Theologiae deserviat; si qui autem[1] fuerint ad novitates proni aut ingenii nimis liberi, hi a docendi munere sine dubio removendi.

Philos. cursus.

17. Philosophicum cursum triennio absolvent, non autem minore tempore, ubi sunt nostri; si autem soli sint externi auditores, relinquatur Provincialis judicio; quotannis vero, si fieri potest, unus cursus absolvendus et alter inchoandus.

17. §. 1. In collegiis, ubi sunt studia Nostrorum, philosophiae cursum ita instituet, ut intra biennium sufficientem, intra triennium pleniorem hujus scientiae cognitionem acquirere possint. Tertium autem annum concedet iis, quos post maturam deliberationem, auditis professoribus, aptiores in Domino judicaverit. Insuper poterit quibusdam tempus opportunum tribuere ad has facultates privatim repetendas ad normam instructionis inferius positae pro theologis.

§ 2. Quoad externos auditores providebit, ut philosophiae cursus instituatur juxta morem et necessitatem regionis.

Rhetoricae et Humanitatis tempus.

18. Licet cursus temporis ad Humanitatis et Rhetoricae studium definitus esse nequeat, et ad Superiorem pertineat expendere, quantum in his litteris quemque haerere oporteat, Nostros tamen non ante ad Philosophiam mittat, quam biennium in Rhetorica consumpserint, nisi ratio aetatis aut aptitudinis aut aliquid aliud obstare in Domino judicetur. Quodsi aliqui indole ingenii ad magnos

[1] pr. si aut. f.

14. Eine Konferenz dieser Art finde auch in den grofsen Kollegien (1599: ob ein oder 2 Professoren der Kasuistik da seien oder gar keiner), vorzüglich für alle Hörer der Theologie, aber wöchentlich nur einmal statt.

15. Von all diesen genannten Konferenzen aber sollen aufser den Professoren der Theologie und Philosophie und etwa jenen, welche der Obere ausnehmen zu sollen für gut hält, weiter keine Zuhörer der Kasuistik *(Moraltheologie)* und keine Priester, die gewöhnlich oder bisweilen beichthören, ausgenommen werden; ja der Obere selbst darf dabei nur selten und aus wichtigen Gründen fehlen.

16. Die Professoren der Philosophie müssen, aufser wenn die höchste Not zu einer Ausnahme zwingt, den Kurs der Theologie nicht blofs vollendet, sondern auch zwei Jahre repetiert haben, damit ihr Lehrvortrag desto sicherer und der Theologie dienlicher sei. Sollten aber einige zu Neuerungen geneigt oder allzu freien Geistes sein, so müssen sie ohne Zweifel vom Lehramt entfernt werden.

17. Den philosophischen Kurs soll man, wo unsere Scholastiker studieren, in drei Jahren, aber nicht in kürzerer Zeit abmachen; wo aber nur auswärtige Hörer sind, bleibe es dem Ermessen des Provinzials anheimgestellt; jedoch ist möglichst jährlich ein Kurs abzuschliefsen und der andere zu beginnen.

17. § 1. In den Kollegien, wo die Unsrigen studieren, soll er (der Prov.) den philos. Kurs derart einrichten, dafs man in 2 Jahren eine hinreichende, in dreien eine vollständigere Kenntnis dieser Wissenschaft erwerben kann. Ein drittes Jahr wird er jenen gewähren, die er nach reifer Überlegung und nach Anhörung der Professoren im Herrn für tauglicher hält. Überdies kann er gewissen Studierenden die passende Zeit einräumen, damit sie nach der unten für die Theologen folgenden Anweisung privatim ihre Fächer repetieren.

§ 2. In betreff der auswärtigen Hörer wird er dafür sorgen, dafs der philos. Kurs je nach der Sitte und dem Bedürfnisse des Landes eingerichtet werde.

18. Obgleich der Zeitraum für das Studium der Humanität und Rhetorik nicht genau begrenzt werden kann, und es dem Obern zusteht zu erwägen, wie lang ein jeder in diesen Studien bleiben mufs, so soll der Prov. doch die Unsrigen nicht zur Philosophie schicken, bevor sie 2 Jahre Rhetorik studiert haben, aufser er müfste finden, dafs die Rücksicht auf das Alter oder auf die Befähigung oder sonst ein Hindernis im Wege stehe. Sollte der eine oder der andere grofses Talent zu be-

progressus in his potissimum studiis faciendos praediti sunt[1], ut solidius fundamentum jaciant, videndum erit, an operae pretium sit triennium impendere.

Duplex examen Philosophorum.

19. §. 1.[2] Postquam cursum Philosophicum ingressi fuerint, bis examinandi erunt per designatos examinatores, Praefectum videlicet studiorum et Magistros Theologiae ac Philosophiae, Rectore praesente ejusque Consultoribus et ipso Provinciali, si possit: primum quidem paulo ante quadragesimam vel sub ferias paschales, deinde rursus Logica absoluta.

19. §. 1.[2] Postquam cursum philosophicum ingressi fuerint, singuli sub anni cujusque finem serio examinandi erunt per designatos examinatores, Rectore praesente et ipso Provinciali, si possit; nemoque a primo anno philosophiae ad secundum (pr. aut e secundo ad tertium) admittendus, qui mediocritatem (1832: in logica, metaphysica et mathesi elementari) non attigerit, h.e. ut ea, quae audivit, bene intelligat ac de iis etiam rationem possit reddere. Ad theologiam vero scholasticam sive ad quadriennium nemo admittetur, qui mediocritatem in universa philosophia non superaverit, ita nimirum, ut ejus assertiones defendere tuerique cum approbatione possit, nisi forte praeclara in mediocri aliquo ad gubernandum aut concionandum talenta eluceant, propter quae aliud statuendum Provinciali videatur, cui nulla in ceteris dispensandi sit facultas.

Virtutis ratio habenda.

§. 2. In hac autem tota re, quia magni momenti in Domino judicanda est et considerate admodum ob majorem Dei gloriam transigenda, servet in primis Provincialis Regulas 49. et 56. officii sui, et potissimum rationem habeat virtutis.

1599: Examinis finis et modus. 1832: Quadruplex theologorum examen.

§. 3. Hoc examen, quo decernitur, utrum quis Philosophiae an Casibus conscientiae destinandus sit, secretis fiat suffragiis, et quod constitutum fuerit simul cum

§. 3. Simili ratione qui theologiae dant operam, sub finem singulorum annorum examinandi sunt; nemoque ad insequentem progredi permittendus, qui in iis,

[1] pr. et 1832 „sint."

[2] Diese Nr. 19 wurde noch von P. Aquaviva abgeändert. Wir geben in der linken Kolumne den alten Text vom J. 1599, in der rechten die spätere Re-

deutenden Fortschritten vorzüglich in diesen Studien besitzen, so dafs ein tüchtigeres Fundament zu legen wäre, so sehe man zu, ob es sich lohne, ihm ein drittes Rhetorikjahr zu bewilligen.

19. § 1. Wenn die Scholastiker in den philos. Kurs eingetreten sind, lasse man sie zweimal durch die bestimmten Examinatoren prüfen, nämlich durch den Studienpräfekten und die Lehrer der Theologie und Philosophie, im Beisein des Rektors und seiner Konsultoren und auch des Provinzials selbst, wenn er kann: die 1. Prüfung ist kurz vor den Fasten oder gegen die Osterferien, die 2. am Schlusse der Logik.

Anm. Gegen diese Prüfungsordnung waren besonders, wie wir sehen werden, die deutschen Provinzen. Deshalb besorgte noch der P. Aquaviva die auf der rechten Kolumne stehende Redaktion, die auch mit wenigen Ausnahmen 1832 stehen blieb. Wir werden diese Ausnahmen anführen.

19. § 1. Wenn die Scholastiker in den philos. Kurs eingetreten sind, müssen sie einzeln gegen Ende jedes Jahrs streng durch die bestimmten Examinatoren im Beisein des Rektors und des Provinzials selbst, wenn er kann, geprüft werden. Keiner darf vom ersten Jahr der Philosophie zum zweiten (1606: oder vom 2. ins 3.) übertreten, wenn er nicht (1832: in der Logik, Metaphysik und Elementarmathematik) die Mittelstufe erreicht hat, d. h. so dafs er das Gehörte gut versteht und darüber Rechenschaft geben kann, zur scholastischen oder vierjährigen Theologie aber soll niemand zugelassen werden, der nicht in der gesamten Philosophie über die Mittelstufe hinauf gekommen ist, so dafs er nämlich die philos. Thesen mit verdientem Beifalle verteidigen und halten kann; ausgenommen den Fall, dafs ein sonst Mittelmäfsiger ausgezeichnetes Talent zum Regieren oder Predigen an den Tag legte, weshalb der Provinzial anders über ihn verfügen zu sollen glaubt, obgleich er im übrigen keine Vollmacht zur Dispens hat.

§ 2. Da aber diese ganze Prüfungsangelegenheit vor Gott für wichtig gelten und daher mit gröfster Überlegung zu Gottes gröfserer Ehre behandelt werden mufs, so beobachte der Provinzial besonders die 49. und 56. Regel seines Amtes und nehme vorzüglich auf die Tugend (des Kandidaten) rücksicht.

§ 3. Über dieses Examen, das entscheidet, ob einer die Philosophie fortsetzen oder (sofort) die Kasuistik studieren soll, werden die Stimmzettel geheim abgegeben, und der betreffende Beschlufs zugleich

§ 3. Auf ähnliche Weise sind die Studierenden der Theologie gegen Ende jedes Jahrs zu prüfen, und keiner darf zum folgenden Studienjahr vorrücken, der nicht in den Gegenständen des zu ende gehenden Jahrs

daktion, die mit der R. st. von 1832 mit wenigen Ausnahmen übereinstimmt. Die Abweichungen fügen wir in Anm. bei.

examinatorum judicio scriptum constet in libro ad id designato, serventque rem omnino secretam qui examini intererunt.

quae illo anno audivit, mediocritatem examinatorum judicio non excesserit; iis dumtaxat exceptis, quos alioqui mediocres ob praeclara, ut dictum est, talenta continuare debere Provinciàlis judicabit.

1599: Qui casibus, qui philosophiae destinandi. 1832: Qui casibus destinandi.

§. 4. Ergo in priori examine si qui inepti ad Philosophiam deprehensi fuerint, destinentur ad casus vel ad docendum Provincialis arbitrio (sic enim hanc destinationem ad casus intelligimus), de reliquis nihil certi pro tempore statuatur. In posteriori vero examine triplex omnino gradus in iis, qui examinantur, adverti potest: aut enim mediocritatem excedunt, et hi reliqua studia prosequi debent; aut infra illam sunt, et hi omnino casibus applicandi erunt; aut denique in mediocritate consistunt, et in his etiam sua distinctio erit.

§. 4. Si qui ergo in studiorum decursu inepti ad philosophiam aut ad theologiam eo modo deprehensi fuerint, ad (1832: theologiam moralem seu ad) casuum studia, vel ad docendum Provincialis arbitrio destinentur.

1599: Talenti ratio habenda, et quibus biennium theol. concedendum. 1832: Examinandi qui extra Soc. studuerunt.

1. Cum ideo Collegiaet Universitates Societas amplectatur, ut in his nostri commode possint et doctrina ceterisque rebus, quae ad adjuvandas animas conferunt, instrui et quae didicerint ipsi communicare cum proximis, post religiosarum et solidarum virtutum curam, quae praecipua esse debet, in illud maxime incumbat, ut finem hunc, quem in Gymnasiis admittendis Societas sibi proposuit, Deo juvante, consequatur.

Praefecti auctoritas.

2. Ad studia moderanda adjutorem habebit studiorum Praefectum, cui omnem tribuet potestatem, quam ad rectam ejus officii administrationem pertinere judicabit.

Literariis exercitationibus intersit.

3. Ita reliqua negotia dispenset ac temperet, ut omnes literarias exercitationes fovere atque amplificare possit. Adeat interdum scholas, etiam inferiores; frequenter intersit Theologorum Philosophorumque disputationibus, tum privatis tum publicis; an et quibus de causis hujus exercitationis fructus impediatur, observet.

Praecidendae discipulis occupationes.

4. Nullo modo ferat auditorum quempiam a disputationibus aut repetitionibus abesse, ut omnes eam rem magnae sibi curae esse intelligant; proinde occupationes omnes discipulis praecidat, quae studiis impedimento esse possint.

Praesertim biennio repetentibus.

5. Eos, qui biennio recolunt Theologiam, habendis concionibus in Ecclesiis vel in coenobiis virginum quam minime potest occupet, idque consulto Provinciali.

Magistris qui substituendi.

6. Ex iisdem, si quando ordinarii vel Philosophiae vel Theologiae Praeceptores desint, in eorum loco aliquos suffici par erit; iidemque poterunt, si opus sit, domesticis tum repetionibus tum disputationibus Praeceptorum loco praesidere, imo etiam, consulto Provinciali, Philosophiam vel Theologiam in scholis ad tempus praelegere; *[1832 addit:]* vel nostris, qui biennio solum theologiae vacant, compendium dogmatum tradere.

Linguarum Academiae.

7. Efficiat, ut Hebraeae Graecaeque linguae Academiae instituantur inter nostros, in quibus Academici bis aut ter in hebdomada certo aliquo, puta vacationis tempore, sic exerceantur, ut inde prodire possint qui harum linguarum scientiam et dignitatem privatim ac publice tueantur.

Linguae latinae usus.

8. Domi linguae latinae usum inter scholasticos diligenter conservandum curet; ab hac autem latine loquendi lege non eximantur, nisi vacationum dies et recreationis horae, nisi forte in

Regeln des Rektors.

1. Weil die Gesellschaft Kollegien und Universitäten deshalb in sich begreift, damit unsere Studierenden an diesen Anstalten in der Wissenschaft und in allem Übrigen, was zur Hilfe für die Seelen beiträgt, unterrichtet werden und das Erlernte auch ihrerseits dem Nächsten mitteilen können, so soll er (der Rektor), nächst der Sorge für gründliche Ordenstugenden, sich besonders darauf verlegen, dafs er mit Gottes Hilfe jenes Endziel erreiche, welches die Gesellschaft bei der Übernahme der Gymnasien sich vorgesteckt hat.

2. Zur Regelung der Studien wird er am Studienpräfekten seinen Gehilfen haben, ihm also jene ganze Amtsgewalt einräumen, von der er glaubt, dafs sie zur richtigen Verwaltung dieses Amtes erforderlich sei.

3. Alle übrigen Geschäfte verteile und leite er so, dafs er alle wissenschaftlichen Übungen fördern und erweitern kann. Er besuche bisweilen die Schulen, auch die niedern, wohne häufig den privaten und öffentlichen Disputationen der Theologen und Philosophen bei, und gebe acht, ob und warum der Erfolg dieser Schulübung ein Hindernis finde.

4. In keinem Falle dulde er, dafs einer aus den Zuhörern von den Disputationen und Wiederholungen fern bleibe, damit alle sehen, wie sehr ihm diese Einrichtung am Herzen liege; deshalb schneide er den Scholastikern alle Beschäftigungen ab, welche eine Störung für die Studien sein könnten.

5. Er soll jene, welche 2 Jahre lang die Theologie wiederholen, möglichst wenig, und auch dann blofs mit Genehmigung des Provinzials, mit Predigten in den Kirchen oder in den Frauenklöstern behelligen.

6. Jedoch kann er sie billigerweise als Ersatzmänner für die ordentlichen Lehrer der Philosophie oder Theologie verwenden, wenn diese mitunter nicht da sind; auch können sie im Bedürfnisfalle statt der Professoren den Vorsitz in den Haus-Repetitionen und Disputationen führen, ja sogar mit Genehmigung des Provinzials in den Schulen zeitweilig Philosophie oder Theologie vortragen; *[1832 setzt bei:]* oder unsern Scholastikern, die nur zwei Jahre Theologie studieren, die abgekürzte Dogmatik vortragen.

7. Er sorge dafür, dafs unter unsern Scholastikern Akademien des Griechischen und Hebräischen eingerichtet werden; in denselben sollen sich die Akademiker wöchentlich 2—3mal in einer festgesetzten Zeit, nämlich an freien Tagen, so üben, dafs daraus Männer hervorgehen können, welche privatim und öffentlich die Kenntnis und Bedeutsamkeit dieser beiden Sprachen vertreten.

8. Er wache über die genaue Einhaltung der üblichen lateinischen Umgangssprache unter den Scholastikern; von dieser gesetzlichen Vorschrift des Lateinsprechens sollen nur die Vakanztage und Erholungs-

aliquibus regionibus Provinciali videretur, his etiam temporibus facile posse hunc latine loquendi usum retineri. Faciendum quoque, ut nostri, qui nondum studia absolverunt, literas, cum ad nostros scribunt, scribant latine. Bis praeterea vel ter in anno, cum aliqua celebritas, ut renovationis studiorum aut votorum, agitur, Philosophi etiam ac Theologi carminum aliquid condant affigantque.

Academia ad magistros instituendos.

9. Ne Magistri classium inferiorum docendi rudes ad docendum accedant, Collegii, ex quo humaniorum literarum et Grammaticae Magistri solent educi, Rector deligat unum aliquem docendi peritissimum, ad quem sub finem studiorum ter in hebdomada per horam conveniant proxime futuri Praeceptores ad novum instituendi Magisterium, idque vicissim praelegendo, dictando, scribendo, emendando aliaque munia boni Praeceptoris obeundo.

Rhetores nostri quom. erudiendi.

10. Si nostri Rhetores et Humanistae — *nostri rhetoricae et humanitatis auditores* — vel ad publicas non accedunt praelectiones, vel accedunt quidem, is tamen, qui scholae praeest et externos discipulos exercet, non potest nimio fortasse oneri externorum et nostrorum probe instituendorum sufficere, nostros alteri cuipiam idoneo Rector committat, a quo ex formula in regulis Professoris Rhetoricae praescripta domi privatim diligenter exerceantur.

Quomodo exercendi.

11. Videat etiam, ut interdum aliquae a nostris Rhetoricis[1]) orationes aut poëmata latine vel graece tum in mensa habeantur, tum in aula de re aliqua ad aedificationem domesticorum et externorum pertinente, qua ad perfectiora in Domino animentur; aliaeque exercitationes non desint, quae in Constitutionibus commendantur.

11. Videat etiam, ut interdum aliqua a nostris rhetoricae auditoribus declamatio latine vel graece vel vernacule tum in mensa habeatur

Externi ad Rhetoricam hortandi.

12. Curandum est, ut alumni nostri sive convictores annum, quoad ejus fieri potest, Rhetoricam audiant, antequam Philosophiam aggrediantur, eorumque parentibus, quantum id expediat, demonstrandum. Caeteris quoque externis idem suadendum, qui, si volent nihilominus aliam rationem sequi, cogendi non erunt. Si qui tamen adhuc plane pueri ad Philosophiam velint accedere, ex quibus perturbatio potius timeatur, posset cum iis agi, quod cum

[1] Die spätere Red. unter Aquaviva: a nostris Rhetoricae auditoribus.

stunden ausgenommen sein, wenn der Provinzial nicht in einigen Gegenden es für gut findet, dafs auch an solchen Tagen der Gebrauch des Lateinsprechens beizubehalten sei. Er möge auch darauf halten, dafs unsere Studierenden, die ihre wissenschaftliche Laufbahn noch nicht beendigt haben, ihre Briefe an Ordensmitbrüder gleichfalls lateinisch abfassen. Aufserdem sollen unsere Philosophen und Theologen jährlich 2—3mal, z. B. bei Wiederbeginn des Schuljahrs oder bei der Gelübdeerneuerung, einiges Poetische verfassen und öffentlich anheften.

9. Damit die jungen Lehrer der untern Klassen ihr Amt nicht ohne alle praktische Vorbildung antreten, soll der Rektor des Kollegs, aus welchem die Lehrer der Humaniora und der Grammatik gewöhnlich bezogen werden, einen sehr erfahrenen Schulmann auswählen; bei diesem sollen sich gegen Ende ihrer Studien die künftigen Lehrer wöchentlich dreimal eine Stunde lang einfinden, damit sie gegenseitig durch Vorlesen, Diktieren, Schreiben, Korrigieren und andere Arbeiten eines tüchtigen Lehrers zu ihrem neuen Schulberufe vorgebildet werden.

10. Wenn unsere Rhetoriker und Humanisten — *unsere Hörer der Rhetorik und Humanität* — entweder keine öffentlichen Vorlesungen besuchen, oder wenn sie dieselben zwar besuchen, der betreffende Schulvorsteher aber zugleich die auswärtigen Schüler einüben mufs, also ohne vielleicht übermäfsige Last nicht auch unsere Scholastiker neben den auswärtigen Schülern tüchtig einüben kann, so bestelle der Rektor einen andern tüchtigen Mann, damit derselbe unsere Fratres nach den Regeln des Rhetorik-Professors zu Haus und privatim sorgfältig einübe.

11. Auch sorge er dafür, dafs bisweilen von unsern Rhetorikern Reden oder lateinische und griechische Gedichte nicht allein bei Tisch vorgetragen werden, sondern auch in der Aula über einen religiösen Gegenstand zur Erbauung der Hausgenossen und Auswärtigen stattfinden, damit so die Herzen im Herrn zu gröfserer Vollkommenheit angespornt werden; auch fehle es nicht an sonstigen Übungen, die in den Konstitutionen anempfohlen sind.

11. Auch sorge er dafür, dafs bisweilen von unsern Rhetorikhörern Deklamationen in der lateinischen, griechischen oder in der Muttersprache nicht allein bei Tisch gehalten werden,

12. Man mufs darauf halten, dafs unsere Zöglinge oder Konviktoren, wo möglich, ein Jahr lang die Rhetorik hören, bevor sie zur Philosophie übergehen; und der grofse Nutzen dieser Mafsregel soll ihren Eltern dargelegt werden. Das Nämliche rate man auch den übrigen auswärtigen Schülern. Wollen diese aber trotzdem einen andern Weg einschlagen, so mufs man ihnen keinen Zwang anthun. Wenn jedoch wahre Kinder schon zur Philosophie gehen wollen, von welchen man höchstens Störung der Klasse erwarten kann, so könnte man mit ihnen verfahren, wie die Konstitutionen (p. 4. c. 17. D.) bei jenen festsetzen,

illis, qui nollent promissione obligari vel nomina in matriculam dare, agendum Constitutiones (p. 4. c. 17. D.) statuunt.

1599: Tragoediae et comoediae. 1832: Praemia.

13. Tragoediarum et comoediarum, quas nonnisi latinas ac rarissimas esse oportet, argumentum sacrum sit ac pium, neque quicquam actibus interponatur, quod non latinum sit et decorum; nec persona ulla muliebris vel habitus introducatur.

Praemia.

14. Praemia distribui publice poterunt semel quotannis, modo id fiat sumptu clarorum hominum, eoque moderato, pro scholarum numero collegiique ratione. Eorum autem, qui sumptus suppeditant, in ipsa praemiorum distributione honorifica mentio erit facienda. Magna autem cura caveat, ne discipuli, dum se ad hujusmodi res comparant, morum[1] faciant studiorumve jacturam.

13. Praemia distribui publice poterunt semel quotannis, modo id fiat sumptu moderato pro scholarum numero collegiique ratione. Si qui vero in id sumptus suppeditant, eorum in ipsa praemiorum distributione honorifica mentio erit facienda.

Oratio in stud. renov.

15. (1832: 14.) Non committat, ut oratio in studiorum instauratione publice ab alio, quam a Magistro aliquo insigniore, nisi necessitas cogat, habeatur.

Quae scriptiones in codicem referendae.

16. (15.) Servandum curet, quod est in regulis Praefecti bibliothecae de referendis in codicem his rebus, quae publice exhibentur, scribunturque in Collegio seu extra Collegium a nostris, h. e. dialogis, orationibus, versibus et aliis hujusmodi, Praefecto aut aliis harum rerum peritis dato negotio seligendi.

Librorum distributio.

17. (16.) Bibliothecarium in librorum distributione a studiorum Praefecti praescripto jubeat non discedere.

Consultationes Magistrorum.

18. (17.) Singulis aut alternis saltem mensibus consultationes habeat omnium Magistrorum infra Logicam, praesente utroque Praefecto, caeterorum etiam interdum praesente Praefecto generali; in quibus primum aliquid ex regulis Magistrorum, tum communibus omnium, praesertim iis, quae ad pietatem ac morum disciplinam spectant, tum propriis singulorum ex ordine recitetur.

[1] pr. moram.

welche das akademische Gelöbnis und die Eintragung ihres Namens in die Matrikel verweigern.

13. Der Gegenstand der Tragödien und Komödien, die jedoch nur lateinisch sein und sehr selten aufgeführt werden sollen, sei ein heiliger und frommer; auch dürfen nur lateinische und anständige Zwischenspiele vorkommen; weibliche Rollen und Trachten sind ganz verboten.

14. Jährlich können einmal Preise öffentlich ausgeteilt werden, wenn es nur auf Kosten angesehener Männer geschieht, und zwar sollen die Auslagen, je nach der Zahl der Schüler und der Art des Kollegiums, mäfsig sein. Die Personen aber, welche für die Kosten aufkommen, sollen bei der Preisverteilung selbst ehrenvoll genannt werden. Jedoch ist streng darauf zu sehen, dafs die Schüler bei der Vorbereitung auf eine solche Feier in Sitten und Studien keinen Schaden leiden.

13. Jährlich können einmal Preise öffentlich ausgeteilt werden, wenn es nur mit mäfsigen Kosten, je nach der Zahl der Schüler und der Art des Kollegiums, geschieht. Wenn aber Männer die nötigen Auslagen zu diesem Zwecke übernehmen, so sollen sie bei der Preisververteilung selbst ehrenvoll genannt werden.

15. (1832 : 14.) Er gestatte nicht, dafs die Rede beim Wiederbeginne der Studien von einem anderen, als einem der angeseheneren Lehrer gehalten werde, aufser es trete ein Notfall ein.

16. (1832 : 15.) Was die Vorschrift in den Regeln des Bibliothekpräfekten betrifft, dafs nämlich die öffentlichen Aufführungen und alles, was in und aufser dem Kolleg von den Unsrigen (zur Ausstellung) geschrieben wird, wie Dialoge, Reden, Verse u. dgl., in ein Buch eingetragen werden sollen, so mufs der Rektor für die Ausführung dieser Regel sorgen; er übertrage das Geschäft der Auswahl dem Studienpräfekten oder andern hierin erfahrenen Männern.

17. (16.) Er befehle dem Bibliothekar, bei Verteilung von Büchern nicht von der Vorschrift des Studienpräfekten abzugehen.

18. (17.) Monatlich oder wenigstens jeden zweiten Monat veranstalte er Beratungen aller Lehrer unterhalb der Logik im Beisein beider Präfekten, auch Konferenzen der übrigen (höheren) Lehrer im Beisein des Generalpräfekten. Hiebei lese man zuerst der Reihe nach einiges aus den Regeln der Lehrer, sowohl den allgemeinen Regeln für alle Lehrer, besonders was auf die Frömmigkeit und Sittendisciplin bezug hat, als aus den besonderen Regeln der einzelnen. Der Rektor erinnere

Moneat autem, cuique licere proponere, si quid in iis difficultatis occurrat, aut si quid forte non observetur.

Hebdom. cessatio.

19. (18.) Scholae inferiores hebdomadaria cessatione non careant semel in hebdomada, vel per integrum diem vel saltem pomeridianis horis, prout regionum usus tulerit.

Magistrorum fovenda alacritas.

20. (19.) Studeat etiam diligenter caritate religiosa Magistrorum fovere alacritatem curetque, ne muneribus domesticis gravius onerentur; quod autem Rectori praescribitur reg. 25. sui officii[1], id peculiari studio cum iis exequatur.

Exhortationes ad discipulos.

21. (20.) Deliberet, an praeter Magistrorum hebdomadarias exhortationes alia insuper a Patre quopiam gravi habenda sit singulis vel alternis mensibus in loco aliquo ampliore, in quem inferiores classes cogantur[2], et an ex usu sit, ut ipsemet Praefectus aliusve per classes interdum monita salutaria et propria puerorum tradat.

1832 addit: Provideat etiam, ut scholae superiores suam habeant exhortationem singulis saltem mensibus et, si videbitur, peculiares instructiones circa pleniorem doctrinae christianae cognitionem, quibus obarmentur juvenes, ne tam facile, tum in fide tum in moribus, detrimentum accipiant.

Praefecti atrii regulae.

22. (21.) Ubi Praefecto studiorum inferiorum a Provinciali socius addetur, qui et atrii Praefectus dici poterit, ad illum pertinebit regula 2. Praefecti inferioris et regulae ejusdem, quae ad mores pertinent, a numero 37. usque ad finem, et, si videatur, regulae de novis examinandis a numero 9. ad 13.

Congregatio B. V.

23. (22.) Det operam, ut Divae[3] Mariae Annunciatae Congregatio ex Romano Collegio in suum propagetur; cui qui nomen non dederit non esset in Academiam, in qua recoli solent literariae exercitationes, admittendus, nisi forte ipse Rector aliter expedire in Domino judicaverit. Verum ea, quae ad Congregationem vel Academiam spectant, ne fiant eo tempore, quo in templo nostro sacrae conciones seu lectiones habentur.

Quaedam Provinciali permissa.

24. (23.) Denique de vacationibus, de gradibus, de nostris, quibus biennium ad recolendam Theologiam concedendum erit, deque aliis Provincialem consulat et diligenter quae ipse statuerit exequatur.

[1] Diese Regel schreibt dem Rektor grofse Liebe, häufigen und liebreichen Verkehr mit den Untergebenen vor.

[2] Die ältere R. st. von 1599; in q. inf. tantum, vel etiam superiores

daran, dafs ein jeder sich frei aussprechen darf, wenn ihm bei den Regeln eine Schwierigkeit begegnet, oder wenn etwas nicht beobachtet wird.

19. (18.) Den unteren Schulen soll es nicht an der wöchentlich einmaligen Vakanz entweder den ganzen Tag oder nachmittags dem Ortsgebrauche gemäfs fehlen.

20. (19.) Er sei auch sorgfältig bemüht, den freudigen Eifer der Lehrer durch religiöse Liebe zu pflegen; und er sorge dafür, dafs sie nicht durch Hausämter zu sehr beschwert werden; was ihm aber in der 25. Regel seines Amtes vorgeschrieben wird, das setze er mit besonderem Eifer ins werk.

21. (20.) Er überlege, ob aufser den wöchentlichen Exhorten von seite des Klassenlehrers nicht monatlich oder jeden zweiten Monat an einem feierlicheren Orte eine religiöse Ansprache von einem älteren Pater gehalten werden solle, wobei die sämtlichen unteren Klassen zu erscheinen haben; und ob es zuträglich sei, dafs der Präfekt oder sonst jemand bisweilen in den Klassen einige heilsame und dem Knabenalter angepafste Ermahnungsreden halte.

1832 fügt bei: Er trage gleichfalls sorge, dafs die obern Klassen wenigstens monatlich ihre eigene Exhorte und, wenn es dienlich scheint, besondere Unterweisungen zu einer vollkommenen Erkenntnis der christlichen Lehre erhalten, damit so die Jünglinge gegen Gefahren gewappnet werden und nicht so leicht an Glauben und Sitten Schaden leiden.

22. (21.) Wenn der Präfekt der niedern Schulen vom Provinzial einen Gehilfen erhält, der auch Atriumspräfekt heifsen kann, so gehen diesen die 2. Regel des Unterpräfekten, die Regeln für das Betragen von Nr. 37—Ende, und, wenn man gut findet, auch die Regeln der Prüfung von Neulingen, Nr. 9—13, an.

23. (22.) Er bemühe sich, dafs die Kongregation von Mariä Verkündigung aus dem römischen Kollege auch in dem seinigen eingeführt werde; wer ihr nicht angehört, wäre nicht in die Akademie, in welcher die literarischen Übungen gewöhnlich nochmals durchgemacht werden, aufzunehmen, aufser wenn der Rektor selbst dafür hält, dafs ein anderes Verfahren im Herrn dienlicher sei. Die Versammlungen der Kongregation oder der Akademie sollen aber nicht in der Zeit vorgenommen werden, wann in unserer Kirche gepredigt oder die heilige Schrift erklärt wird.

24. (23.) Schliefslich soll der Rektor über die Vakanzen, die akademischen Grade, über jene von unsern Scholastikern, welchen zur Wiederholung der Theologie die zwei Jahre eingeräumt werden, und über sonstige Dinge den Provinzial befragen und dessen Anordnungen genau ausführen.

classes; die spätere Red. unter Aquaviva und die R. st. von 1832: in q. inferiores classes cogantur.

[3] = selig. So auch Divus Augustinus, Thomas etc.; ja auch von verstorbenen Fürsten = „hochselig“ schon nach Augustus Octavianus gebraucht.

Regulae Praefecti studiorum.

Praefecti munus.

1. Praefecti munus est generale Rectoris instrumentum esse ad studia recte ordinanda scholasque nostras ita regendas ac moderandas pro facultate ab eo accepta, ut qui eas frequentant quam maxime in vitae probitate ac bonis artibus doctrinaque proficiant ad Dei gloriam. (Const. p. 4. c. 17. n. 2.)

Praefecti et Cancellarii discrimen.

2. Sicubi forte Cancellarius est a Praefecto distinctus, Provincialis erit videre, quaenam ex his regulis utrique communes vel alterutri propriae esse debeant pro cujusque Academiae consuetudine et statutis.

Praefectus non dispenset.

3. Nihil immutet ex iis, quae habentur in ordine studiorum, neque dispenset; sed, ubi opus est, referat ad Superiorem.

Liber de Rat. st.

4. Librum de ratione studiorum familiarem habeat, et ab auditoribus Professoribusque omnibus regulas sedulo curet observandas, praecipue vero eas, quae de doctrina S. Thomae Theologis et de delectu opinionum Philosophis praescribuntur; in quo praesertim invigilet, cum conclusiones defendendae, maxime vero, cum imprimendae erunt.

Professores materias absolvant.

5. Unicuique ex Professoribus, tum Theologis tum Philosophis tum Casistis[1], praesertim si quem paulo tardiorem compererit, in memoriam revocet, ut progrediatur, ita ut singulis annis materias sibi assignatas absolvat.

Disputationes quom. moderandae.

6. Omnibus disputationibus, ad quas Professores, sive Theologi sive Philosophi, conveniunt, Praefectus praesit oportet signumque det finiendi iis, qui disputant, ac tempus sic distribuat, ut omnibus suus sit disputandi locus. Non patietur, difficultatem ullam, quae in disputationem veniat, ultro citroque sic agitari, ut non minus quam antea incomprehensa permaneat; sed, postquam de re quapiam fuerit concertatum, eam ab eo, qui praeest, diligenter explicandam curet. Neque enim argumenta solvet ipse, sed argumentantibus et respondentibus potius moderabitur, idque majore cum dignitate praestabit, si non argumentando (quamvis id aliquando decet)[2], sed interrogando faciet, ut difficultas magis explanetur.

De actibus theologicis.

7. Suo tempore in memoriam redigat Superiori, ut, auditis Praeceptoribus, statuat, quibusnam sive totius Theologiae sive

[1] 1832 om. „tum Casistis".
[2] m. deceat.

Regeln des Studienpräfekten.

1. Amt des Präfekten ist es, das Generalwerkzeug des Rektors zu sein, damit die Studien gemäfs der von ihm erhaltenen Vollmacht richtig geordnet, die Schulen so regiert und eingerichtet werden, dafs die Schüler zu Gottes Ehre die gröfstmöglichen Fortschritte in echter Tugend, edlen Künsten und in der Wissenschaft machen.

2. Wo der Kanzler etwa ein anderer ist, als der Präfekt, mufs der Provinzial zusehen, welche von den folgenden Regeln, je nach der Gewohnheit und den Statuten der Akademie, für beide zugleich oder nur für den einen oder andern im besondern gelten sollen.

3. Von den Bestimmungen der Studienordnung ändere er nichts, noch dispensiere er, sondern er wende sich im Notfall an den Obern.

4. Mit dem Buche der Studienordnung sei er wohlvertraut und lasse die Regeln von allen Hörern und Lehrern getreu beobachten, besonders was den Theologen über die Lehre des heiligen Thomas und den Philosophen über die Auswahl der Lehrmeinungen geboten wird; in dieser Beziehung sei er hauptsächlich wachsam, wenn Thesen verteidigt, und gar, wenn solche gedruckt werden sollen.

5. Jedem von den Professoren der Theologie, Philosophie und Kasuistik, besonders wenn sich einer als etwas langsam herausstellt, rufe er ins Gedächtnis zurück, dafs er voranschreiten müsse, damit alljährlich der angewiesene Lehrstoff absolviert werde.

6. Bei allen Disputationen, zu welchem die Professoren der Theologie oder Philosophie zusammenkommen, führe der Präfekt den Vorsitz; er gebe den Disputierenden das Zeichen zum Anfangen, und verteile derart die Zeit, dafs jeder beim Disputieren an die Reihe kommt. Er lasse keine Schwierigkeit, die zur Disputation gestellt wird, so hin- und herzerren, dafs sie nachher ebenso dunkel bleibt, wie sie vorher war; sondern er lasse sie, wenn darüber genug hin- und hergeredet ist, durch den ersten Defendenten sorgfältig erklären. Denn er soll nicht selbst die Einwürfe lösen, sondern vielmehr die Objizienten und Defendenten regieren; ein Amt, das er mit mehr Würde versehen wird, wenn er nicht durch Einwürfe (die er jedoch bisweilen machen kann,) sondern durch Fragen zur Lösung der Schwierigkeit verhilft.

7. Seinerzeit erinnere er den Oberen, dafs er nach Rücksprache mit den Lehrern bestimme, welche Schüler Thesen aus der ganzen

partis alicujus theses defendendae sint; qui quidem actus ab his, quibus non est tribuendum recolendae Theologiae biennium, habendi sunt anno Theologici studii quarto aut (si aequo pauciores sint Theologi quarti anni) tertio, idque etiam ubi nostri domi Theologiam audiunt, externis invitatis, cum aliquo apparatu. Ad generales vero non necesse est, ut omnes admittantur, qui peculiares habuerunt; sed ii, qui ingenio et facultate praestent, eligi poterunt; ii vero, qui habituri sunt biennium, biennio ipso actus suos celebrabunt, ut deinde dicetur.

De actibus peculiaribus.

8. Ad peculiares autem actus, quos singuli singulos habebunt, materias ex quatuor Theologiae partibus (1832: *materias selectas*) Praefectus cum magistris distribuet, sed ita, ut non nimis frequenter, sed per intervalla quaedam habeantur, ac duabus horis et dimidiata minimum *(circiter)* circumscribantur, nec nisi mane vel a prandio tantum; et argumententur fere non pauciores quam tres, quorum unus sit ut plurimum Doctor.

De generalibus.

9. Generales universam fere Theologiam comprehendant, et antemeridianum videlicet ac pomeridianum tempus occupent, vel certe ad quaternas seu quinas horas producantur, ubi non nisi mane vel a prandio disputari moris est.

Conclusiones imprimendae.

10. Generalium horum actuum conclusiones possunt, si videatur, esse communes nostris omnibus eodem anno defensuris, et publicis typis, si loci consuetudo ferat, excudi.

Certum conclusionum tempus.

11. Eorum, qui sunt hos actus habituri, unus in ultimam si commode potest, reservetur hebdomadam, qua studia finienda sunt, alter in eam, qua scholae rursus aperiendae.

De actibus externorum.

12. Ad actus generales habendos aliqui quotannis invitentur externi, qui Theologiae curriculum in nostro Gymnasio[1] non exigua cum laude confecerint. Hujusmodi autem actus oportet esse ceteris solemniores et quanto maximo nostrorum, externorum, doctorum ac Principum etiam virorum conventu celebrari.

Actibus qui praesideant.

13. Praesideant omnibus actibus Professores, vel alterni[2] vel simul ambo, ita ut de suis uterque quaestionibus respondeat; praesidere etiam possunt alii doctores nostri.

[1] Gymnasium hier, wie so oft, = Akademie mit Grammatik, Humanität, Rhetorik, Philosophie und Theologie.

[2] m. alternis; pr. alterni.

Theologie oder aus einem Teile derselben verteidigen sollen; diese Akte müssen von denjenigen, welche nicht die zwei Jahre zur Wiederholung der Theologie bekommen, im vierten oder (wenn es zu wenige viertjährige Theologen sind) im dritten theologischen Jahre auch da, wo unsere Scholastiker die Theologie zu hause hören, gehalten werden. Man lade dazu Auswärtige ein, und gebe dem Akt auch äufserlich einen feierlichen Anstrich. Zu den Akten aus der ganzen Theologie braucht man nicht alle, die bereits teilweise Akte gehalten haben, zuzulassen, sondern man kann die Talentvollsten und Schlagfertigsten auswählen. Die aber das theologische Biennium bekommen, werden während desselben ihre feierlichen Akte halten, wie später gesagt wird.

8. Zu den partikulären Akten aber, die ein jeder Scholastiker zu halten hat, wird der Präfekt in verbindung mit den Lehrern (1832: *ausgewählte Stoffe)* Lehrstoffe aus den vier Teilen der Theologie anweisen, aber zusehen, dafs die Akte nicht zu dicht hinter einander, sondern in Zwischenräumen stattfinden und mindestens (*ungefähr*) $2^1/_2$ Stunde dauern, auch nur entweder morgens oder nachmittags; es sollen gemeiniglich nicht weniger als drei, von welchem einer füglich Doktor ist, objizieren.

9. Die allgemeinen Akte sollen fast die ganze Theologie umfassen, die ganze Vormittags- und Nachmittagszeit beanspruchen, oder doch je 4—5 Stunden dauern, wo man herkömmlich nur morgens oder nachmittags disputiert.

10. Die Thesen dieser allgemeinen Akte können, wenn man es gut findet, für alle unsere Scholastiker, die im gleichen Jahre defendieren, gemeinsam sein und, wenn die örtliche Gewohnheit es so mit sich bringt, gedruckt werden.

11. Einer von denen, welche diese Akte zu halten haben, kann, wenn es angeht, auf die letzte Schulwoche am Schlusse der Studien, ein zweiter auf die Woche, in welcher die Studien wiederbeginnen, hinausgeschoben werden.

12. Wenn allgemeine Akte gehalten werden, lade man jährlich Auswärtige ein, die mit Auszeichnung ihre theologische Laufbahn an unserer Anstalt vollendet haben. Solche Akte müssen jedoch unter aufsergewöhnlicher Feierlichkeit und möglichst zahlreichem Zuspruche der Unsrigen und der Auswärtigen, der Gelehrten und auch der Höchstgestellten abgehalten werden.

13. Die beiden (Dogmatik-) Professoren sollen entweder abwechselnd oder beide zugleich den Vorsitz bei allen Akten führen, und jeder die Fragen seines Lehrstoffs verantworten; es können auch andere von uns, welche den Doktorgrad haben, präsidieren.

Conclusionum numerus.

14. In generalibus actibus conclusiones[1] nec nimis longae sint, nec plures fere quam quinquaginta; pauciores, si publicus Academiae mos aliter habeat. In peculiaribus vero actibus non plures quam viginti; quam duodecim vel quindecim in menstruis disputationibus; quam octo vel novem in hebdomadariis.[2]

14. In quibuscunque actibus conclusiones singulae non nimias quaestiones complectantur. Et in generalibus quidem conclusiones sint numero fere quinquaginta. In particularibus fere viginti, duodecim vel quindecim in menstruis disputationibus; octo vel novem in hebdomadariis: nisi plures vel pauciores publicus academiae mos exigat.

Respondens conclusionem confirmet.

15. Responsurus conclusionem unam aut alteram breviter (antequam ad disputationem veniatur) paulo quidem ornatius, sed Theologico tamen more confirmet.

Disput. menstruae et hebdom.

16. De menstruis et hebdomadariis disputationibus servanda diligenter curet quae in regulis Professorum Theologiae ac Philosophiae praescribuntur.

Audiendi et observandi Professores.

17. Audiat aliquando Praeceptores, minimum semel in mense; interdum etiam commentarios legat a discipulis exceptos. Si quid animadversione dignum vel ipse observaverit vel audierit ab aliis, ubi id certo compererit, Praeceptorem perquam benigne et comiter admoneat remque totam ad Rectorem, si necesse sit, deferat.

Recognitio conclusionum.

18. Idem servandum, cum in recognoscendis conclusionibus aliquid incideret, quod inter Praefectum et Praeceptorem non conveniret; neque enim, eo insciente, conclusionem ullam aut delere aut immutare debet; ipsa vero immutatio fiet, ceteris omnibus insciis, praeter Rectorem.

De actibus philosophicis.

19. Sub finem triennii cursusque philosophici (1832 solum: *Sub finem cursus philosophici*) disputationes habeantur de universa Philosophia, ad quas deligantur pauci et egregie instructi, qui ejus loci dignitatem sustinere valeant, h. e. qui plus quam mediocriter profecerint.

Examen metaphysicorum.

20. Hi seligendi sunt per examinatores tres aut etiam plures.

20. (1832.) Hi seligendi sunt per examinatores tres aut etiam plures inter illos, qui de universa philosophia examinantur.

[1] Diese Conclusiones enthalten gewöhnlich je eine Anzahl von Einzelthesen.
[2] m — atariis.

14. Bei den allgemeinen Akten sollen die Thesen weder zu lang, noch mehr als ungefähr 50 sein, ja noch unter 50, wenn der öffentliche Gebrauch der Akademie es verlangt. Bei den Partikularakten seien es nicht über 20, in den Monatsdisputationen nicht über 15, in den wöchentlichen nicht über 8—9 Thesen.

14. Bei allen Akten sollen die einzelnen Thesen nicht zu viele Fragen in sich fassen. Bei den allgemeinen Akten mag ihre Zahl gegen 50 sein; in den partikulären etwa 20; in den Monatsdisputationen 12 bis 15; in den wöchentlichen 8—9 Thesen; vorausgesetzt, dafs der hergebrachte Gebrauch der Akademie nicht mehr oder weniger verlangt.

15. Der Defendent beweise kurz (bevor man zur Disputation kommt) die eine oder andere These, mit einer rhetorischen Zuthat, aber immerhin dem theologischen Lehrgebrauche gemäfs.

16. In betreff der Monats- und Wochendisputationen sorge er für genaue Beobachtung dessen, was in den Regeln der Thelogie- und Philosophieprofessoren vorgeschrieben ist.

17. Von zeit zu zeit, wenigstens monatlich einmal, besuche er die Vorlesungen der Professoren und lese sogar die von den Schülern nachgeschriebenen Kollegienhefte. Bemerkt er selbst oder hört er von andern etwas der Ahndung Bedürftiges, so mahne er, sobald er sichere Kunde davon hat, den Lehrer überaus gütig und freundlich und berichte im Notfalle die ganze Angelegenheit dem Rektor.

18. Das nämliche Verfahren wäre einzuhalten, wenn bei Durchsicht der Thesen etwas aufstiefse, worüber der Präfekt und der Professor nicht eines Sinnes wären; denn der Präfekt darf ohne Vorwissen des Lehrers eine These weder tilgen noch ändern, und von einer etwaigen Änderung dürfen die übrigen, mit Ausnahme des Rektors, nichts erfahren.

19. Gegen Ende des dritten Jahres und des Kurses der Philosophie (1832 nur: *Gegen Ende des philosophischen Kurses)* sollen Disputationen über die gesamte Philosophie stattfinden; für dieselben wähle man wenige und trefflich geschulte Scholastiker, welche diesen Posten würdig ausfüllen können, d. h. deren Fortschritte über der Mittelstufe liegen.

20. Diese Scholastiker sind durch drei oder noch mehr Examinatoren auszuwählen.

20. (1832). Diese Scholastiker sind aus jenen, welche über die gesamte Philosophie geprüft werden, durch drei oder noch mehr Examinatoren auszuwählen.

Examinabunt autem semper Praefectus et Praeceptor proprius, quibus a Rectore addetur tertius ex reliquis magistris vel alius, qui recte id facere posse judicetur. Cum his tribus aderunt praeterea saltem duo alii Professores a Rectore item eligendi, qui vicissim etiam mutari poterunt; vel, si id non possit, alii valde idonei, qui cum tribus examinatoribus suffragium scripto ferant, ita ut sint minimum quinque secreta suffragia; et ab omnibus rem omnino secretam servari oportet.

Alumnorum et Convictorum.

21. Alumnos seu Convictores satis est examinari a suo Praefecto et duobus Philosophiae repetitoribus aut, si ii defuerint, a doctioribus duobus Theologiae auditoribus ex nostris a Praefecto generali assignandis. Verum qui ab his judicati erunt idonei non prius ad actum sese comparent, quam sui Praeceptoris ac Praefecti generalis judicio sint probati.

Publicum sit.

22. Hoc examen, a quo severe quidem agendo nullus fere excipiendus e nostris, et, si fieri potest, nullus etiam ex Alumnis et Convictoribus, publicum erit, nisi quid obstet: videlicet, si nostrorum est, coram omnibus nostris Philosophiae auditoribus; sin Alumnorum seu Convictorum, coram omnibus sui Collegii Philosophis; sin externorum (qui tamen, ut examen hoc subeant, cogendi non sunt), coram omnibus externis Philosophis, saltem suae classis.

Examinis tempus et forma.

23. Examinandi initium statim post ferias Paschatis fiat; vel etiam ante, si multitudo cogat examinandorum, distributis diebus eo[1] ordine, quem Rector, audito Praefecto et Praeceptore, existimaverit commodissimum.

23. Examinandi initium sub finem anni fiat, distributis diebus eo ordine, quem Rector, audito Praefecto et Praeceptore, existimaverit commodissimum.

Duret examen singulorum minimum una hora eatque per omnes primarias materias, quas Praefectus tempestive ac secreto examinatoribus assignabit.

Tempus et forma actuum philosophicorum.

24. Porro Philosophici actus totum scholarum tempus occupent minimum, vel mane vel a prandio. Tres fere argumententur, quorum unus sit ut plurimum aliquis ex nostris magistris, sive Theologiae sive Philosophiae, vel Doctor aliquis Religiosus aut externus. Conclusionum autem numerus ac ratio non discrepent ab eo, quod de Theologicis generalibus statutum est regula 9ª[2] 10ª 11ª et 12ª.

[1] pr. om. eo.

[2] m. tantum 9ª.

Zu den Examinatoren aber gehören stets der Studienpräfekt und der eigentliche Professor, welchen vom Rektor ein dritter von den übrigen Lehrern oder ein Mann beigegeben wird, von welchem man annehmen darf, dafs er dieses Amt recht versehen kann. Aufser diesen dreien werden wenigstens noch zwei andere vom Rektor zu erwählende Professoren anwesend sein, die wiederum gewechselt werden können. Sollte dies nicht angehen, so wähle der Rektor andere sehr geeignete Männer, die nebst den drei Examinatoren ihre Stimme (über die Kandidaten) schriftlich abgeben, so dafs es mindestens fünf geheime Stimmzettel sind. Alle müssen über das Examen vollkommenes Stillschweigen beobachten.

21. Bei Zöglingen oder Konviktoren reicht es hin, wenn sie von ihrem Präfekten und zwei Repetenten der Philosophie, oder in deren Ermangelung von zwei mehr vorangeschrittenen theologischen Hörern der Gesellschaft, die vom Präfekten zu bezeichnen sind, geprüft werden. Wer aber von diesen Examinatoren als fähig erklärt ist, bereite sich zum öffentlichen Akt erst vor, wenn auch der eigne Lehrer und der Generalpräfekt das gleiche Urteil abgegeben haben.

22. Dieses streng abzunehmende Examen, von welchem keiner der Unsrigen, ja, wo möglich, keiner von den Zöglingen und Konviktoren ausgenommen werden darf, soll öffentlich sein, wenn kein Hindernis im wege steht; d. h. die Prüfung der Unsrigen geschehe vor allen unseren Hörern der Philosophie, das der Zöglinge oder Konviktoren vor allen Philosophen ihres Kollegiums (Konviktes), das der auswärtigen Schüler (die jedoch zu solchem Examen nicht gezwungen werden sollen) vor allen auswärtigen Philosophen, wenigstens vor jenen ihrer Klasse.

23. Gleich nach den Osterferien oder, wenn die grofse Zahl der Kandidaten es nötig macht, noch vor denselben beginne man die Prüfung und verteile die Tage in jener Ordnung, welche dem Rektor nach Anhörung des Präfekten und Lehrers als die dienlichste erscheint.

23. Gegen Ende des Jahres beginne man die Prüfung und verteile die Tage in der Ordnung, welche dem Rektor nach Anhörung des Präfekten und Lehrers als die dienlichste erscheint.

Die Prüfuug jedes Einzelnen soll eine Stunde dauern und sich über alle wichtigen Materien erstrecken, welche der Präfekt bei zeiten und geheim den Examinatoren angeben wird.

24. Ferner sollen die philosophischen Akte wenigstens die ganze Schulzeit entweder morgens oder nachmittags ausfüllen. Ungefähr drei sollen objizieren, darunter gewöhnlich einer unserer Professoren der Theologie oder Philosophie, oder ein Doktor aus einem andern Orden oder ein Auswärtiger. Die Zahl und Anlage der Thesen aber sei nicht anders, als in betreff der grofsen theologischen Akte in der 9.—12. Regel festgesetzt ist.

Quibus actibus qui intersint.

25. Theologi non modo auditores, sed etiam Professores, curet Praefectus, ut intersint actibus Theologicis atque adeo Philosophicis, et his Philosophi; et Professores quidem argumentando (urgendo[1]) alacriorem et solemniorem reddant disputationem; adesse etiam omnes debebunt, cum Magisterium erit vel Doctoratus alicui[2] conferendus; quo in genere quid Praefectum praestare oporteat, Rectoris erit praescribere.

Qui ad argumentandum mittendi.

26. Cum nostri vocantur ad disputandum ab externis, vel ad publicas Academias vel ad religiosorum Conventus, ii potissimum mittendi erunt, qui biennium habent ad Theologiam recolendam.

Praescribenda studendi ratio.

27. Et nostris et Alumnis et externis per Magistros non modo rationem studendi, repetendi, disputandi praescribat, sed etiam omne tempus ita distribuat, ut privati studii horas bene collocent.

Recognoscenda quae publice recitantur.

28. Nihil publice, domi forisve recitari patiatur, vel ab iis, qui ad gradus promoventur, vel ab iis, qui actus tum generales[3] tum particulares habent, vel a Rhetoricae auditoribus[4], quod non ipse tempestive recognoverit et approbaverit.

Librorum delectus et copia.

29. Curet, ne scholastici libris aut utilibus careant, aut abundent inutilibus. Quare mature Rectori suggerat, ne librorum, quibus in dies utimur, aut proximum in annum usuri sunt tum nostri tum externi, copia desideretur. (Const. p. 4. c. 6. n. 7.)

Qui libri quibus distribuendi.

30. Theologiae ac Philosophiae auditoribus non quoslibet sed certos quosdam, Rectore conscio, ex Magistrorum consilio concedat libros:

sc. praeter summam S. Thomae Theologis et Aristotelem Philosophis, commentarium aliquem selectum, quem privato studio consulere possint. Tridentinum Concilium omnes Theologi habeant et Bibliorum volumen, quorum lectio sit illis familiaris. An etiam aliquem ex Patribus habere debeant, cum Rectore consideret. Theologis praeterea ac Philosophis omnibus librum aliquem ad

sc. theologis praeter auctorem in scholis praelegendum Summam S. Thomae et commentarium vel alium auctorem selectum; Tridentinum item concilium et Bibliorum volumen, quorum lectio sit illis familiaris. An etiam aliquem ex Patribus aut historicis habere debeant, cum Rectore consideret. Philosophis vero, praeter auctorem scholasticum, alium probatum assignet, si videbitur. Theologis

[1] pr. et 1832 om. „urgendo".
[2] pr. et 1832: in aliquem.
[3] pr. om. tum generales.
[4] m. Rhetoricis.

25. Der Präfekt trage sorge, dafs nicht blofs die Hörer, sondern auch die Professoren der Theologie den theologischen, ja selbst den philosophischen Akten und hinwieder die Philosophen den theologischen beiwohnen; die Professoren sollen durch Objizieren (und Zusetzen) die Disputation lebendiger und feierlicher machen; alle sollen gleichfalls bei Verleihung des Magister- oder Doktorgrades anwesend sein. Was bei solchen Gelegenheiten der Präfekt zu leisten habe, untersteht der Anordnung des Rektors.

26. Wenn unsere Scholastiker von Auswärtigen zum Disputieren, zu öffentlichen Akademien oder in die Konvente von Religionen eingeladen werden, soll man vorherrschend jene schicken, die zur Wiederholung der Theologie die zwei Jahre bekommen haben.

27. Er schreibe den Unsrigen, den Alumnen und den Auswärtigen nicht nur die Methode des Studierens, Wiederholens und Disputierens vor, sondern teile ihnen auch die Zeit so ein, dafs die Stunden des Privatstudiums gut verwendet werden.

28. Er lasse weder in noch aufser dem Haus etwas öffentlich vortragen, weder von jenen, die zu den Graden befördert werden, noch von denjenigen, welche allgemeine oder partikuläre Akte halten, noch von den Hörern der Rhethorik, ohne es selbst und bei zeiten durchgesehen und genehmigt zu haben.

29. Er sorge, dafs die Studierenden weder Mangel an den nützlichen, noch Überflufs an nutzlosen Büchern haben. Darum soll er frühzeitig den Rektor erinnern, dafs unsere und die auswärtigen Scholastiker keinen Mangel an den Büchern leiden, die ihnen täglich oder für das kommende Jahr vonnöten sind.

30. Den Hörern der Theologie und Philosophie gestatte er nicht alle beliebigen, sondern unter Vorwissen des Rektors und nach dem Rate der Lehrer die entsprechenden Bücher:

nämlich aufser der Summa des heiligen Thomas für die Theologen und dem Aristoteles für die Philosophen einen ausgewählten Kommentar zum Nachschlagen beim Privatstudium. Alle Theologen sollen das Trienter Konzil nebst einer Bibel haben und in der Lesung derselben zu hause sein. Ob sie auch einen heiligen Vater haben sollen, möge er mit dem Rektor überlegen. Aufserdem gebe er jedem Theologen und Philosophen auch ein Buch aus der klassischen Literatur und ermahne

nämlich den Theologen aufser dem in den Schulen gelesenen Auktor die Summa des heiligen Thomas und einen Kommentar dazu oder einen andern ausgewählten Auktor, ferner das Trienter Konzil nebst einer Bibel, in deren Lesung sie zu hause sein sollen. Ob sie auch einen heiligen Vater oder Kirchengeschichtschreiber haben sollen, möge er mit dem Rektor überlegen. Den Philosophen aber weise er neben dem Schulhandbuche, wenn er es so gut findet, noch einen andern bewährten

Humanitatis studia pertinentem distribuat; moneatque, ut certis quibusdam temporibus legere, ubi commodum sit, non omittant. (Const. p. 4. c. 6. M.)

praeterea ac Philosophis omnibus librum aliquem ad humanitatis studia pertinentem distribuat; moneatque, ut certis quibusdam temporibus legere, ubi commodum sit, non omittant. (Const. p. 4. c. 6. M.)

Regulae communes omnibus Professoribus Superiorum Facultatum.

Finis.

1. Feratur Praeceptoris peculiaris intentio, tum in lectionibus, cum se occasio obtulerit, tum extra eas, ad auditores suos ad obsequium et amorem Dei ac virtutum, quibus ei placere oportet, movendos, et ut omnia sua studia ad hunc finem referant. (Const. p. 4. c. 8. A.; c. 16. n. 4.)

Orandum ante lectionem.

2. Quod ut ad memoriam eis reducatur, ante lectionis initium dicat aliquis brevem orationem ad id institutam, quam Praeceptor et discipuli omnes aperto capite attente audiant[1]; vel saltem ipse Praeceptor signo crucis se muniat aperto capite et incipiat. (Const. ibid. C.)

Discipuli ad pietatem juvandi.

3. Discipulos praeterea juvet crebris apud Deum precibus ac religiosis vitae suae exemplis. Exhortationes par erit non omittere saltem pridie solemniorum dierum, et cum paulo longiores vacationes conceduntur. Hortetur potissimum ad orandum Deum, ad excutiendam conscientiam vesperi, ad Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae frequenter ac rite obeunda, ad Missam quotidie, concionem singulis diebus festis audiendam, ad vitandas noxias consuetudines, ad vitiorum detestationem, ad virtutes colendas Christiano homine dignas. (Const. p. 4. c. 7. n. 2; c. 16, n. 1. et A.)

Praefecto obtemperandum.

4. Praefecto studiorum in rebus, quae ad studia et scholarum disciplinam spectant, obtemperet; conclusiones omnes, antequam proponantur, eidem tradat recognoscendas; neque librum ullum aut scriptorem extraordinarium explicandum suscipiat, neque novam ullam docendi aut disputandi consuetudinem introducat.

In refellendo modestia.

5. In iis quaestionibus, in quibus liberum est quamcunque partem sequi, ita defendatur una pars, ut alterius etiam partis ac

[1] pr. audient.

sie, die Lesung desselben in gewissen hiezu passenden Stunden nicht zu versäumen. (Konst. p. 4. c. 6. M.)

Auktor an. Aufserdem gebe er jedem Theologen und Philosophen auch ein Buch aus der klassischen Literatur und ermahne sie, die Lesung desselben in gewissen hiezu passenden Stunden nicht zu versäumen. (Konst. p. 4. c. 6. M.)

Gemeinsame Regeln für alle Professoren der höheren Fakultäten.

1. Die besondere Absicht des Lehrers sowohl in den Vorlesungen, bei passender Gelegenheit, als aufserhalb derselben gehe dahin, dafs er seine Schüler zum Dienste und zur Liebe Gottes und zur Übung der Tugenden, durch welche wir Ihm gefallen sollen, begeistere und sie bestimme, dieses als einziges Ziel ihrer Studien im auge zu behalten. (Konst. p. 4. c. 8. A.; c. 16. n. 4.)

2. Damit ihnen das im Gedächtnisse bleibe, soll einer vor Beginn der Vorlesung ein kurzes hiefür passendes Gebet sprechen, welchem der Lehrer und alle Schüler barhäuptig und gesammelt zuhören; oder wenigstens bezeichne sich der Lehrer selbst entblöfsten Hauptes mit dem Kreuze und beginne. (Konst. a. a. O. C.)

3. Aufserdem komme er seinen Schülern durch häufige Gebete zu Gott und durch das religiöse Beispiel seines eigenen Lebens zu hilfe. Er soll billiger weise die Exhorte wenigstens am Vorabende höherer Feste und vor längeren Ferien nicht unterlassen. Er ermuntere sie vorzüglich zum Gebete, zur Gewissenserforschung abends, zum häufigen und würdigen Empfange der Sakramente der Bufse und des Altars, zum täglichen Besuche der heiligen Messe, zur Anhörung der Predigt an den Festtagen, zur Meidung böser Gewohnheiten, zum Abscheu vor den Lastern, zum Streben nach Tugenden, die einem Christenmenschen ziemen. (Konst. p. 4. c. 7. n. 2.; c. 16, n. 1. et A.)

4. In Dingen, die zu den Studien und der Schuldisciplin gehören, gehorche er dem Präfekten; er übergebe ihm alle Thesen vor der Veröffentlichung zur Durchsicht; und übernehme die Erklärung keines aufsergewöhnlichen Buches oder Schriftstellers, noch führe er eine ungewöhnliche Vortrags- oder Disputierweise ein.

5. Bei jenen Fragen, welche dem persönlichen Ermessen freigestellt sind, verteidige er seine eigene Meinung so, dafs er auch dem

multo magis prioris professoris, si contrarium docuerat, existimationi modeste ac benevole consulatur. Quin etiam, si conciliari possunt auctores, id ne negligatur, optandum est. Denique in nominandis aut confutandis auctoribus modeste se gerat. (Congr. V. decr. 55.)

Novitas opinionum fugienda.

6. In iis etiam, in quibus nullum fidei pietatisque periculum subest, nemo in rebus alicujus momenti novas introducat quaestiones, nec opinionem ullam, quae idonei nullius auctoris sit, iis, quae praesunt, inconsultis; nec aliquid contra Doctorum axiomata communemque scholarum sensum doceat. Sequantur potius universi probatos maxime Doctores et quae, prout temporum usus tulerit, recepta potissimum fuerint in Catholicis Academiis.

In alienis confutandis suisque probandis brevitas.

7. Opiniones inutiles, obsoletas, absurdas, manifesto falsas non adducat; nec in illis[1] referendis ac refutandis nimis immoretur. Conclusiones non tam probare studeat argumentorum numero quam pondere. Ad alienas materias non digrediatur; aut *(neque)* e suis alias fusius, quam res postulat, alias alieno loco pertractet. Ne coacervet quae objici possent; sed ex iis potissima breviter referat, nisi ex jactis fundamentis facile pateat eorum confutatio.

In auctoribus parcitas et fidelitas.

8. In afferendis Doctorum auctoritatibus non sit nimius; si tamen habeat insigniorum auctorum testimonia ad sententiam suam confirmandam, verba ipsa, quoad fieri potest, pauca tamen et fideliter recitet, multo magis sacrarum Scripturarum, Conciliorum, sanctorum Patrum. E dignitate autem Magistri est nullum fere auctorem proferre, quem ipse non legerit.

De dictando.

9. Si quis citra dictationem ita docere potest, ut, quaecunque scribenda sunt, commode valeant ab auditoribus excipi, is ne dictet optandum; certe ita omnino dictent, ut non verbatim interposita mora, sed uno fere spiritu pronuncient; et, si oportuerit, repetant totidem verbis; nec totam quaestionem dictent, mox explicent; sed identidem dictent atque explicent vicissim.

1832 pergit: Sicubi vero in aliqua facultate praelegatur aliquis auctor, is sit solidioris ac securioris doctrinae; neque id fiat inconsulto Provinciali. Ac tum quidem debebit nihilominus Professor aliquam quotannis quaestionem peculiarem a se concinnatam auditoribus tradere.

[1] m. „aliis“; pr. et nov. „illis.“

andern Teile und noch mehr dem Vorgänger, wenn dieser das Entgegengesetzte gelehrt hätte, bescheidene und wohlwollende Rechnung trage. Ja wenn sich die verschiedenen Auktoren in Uebereinstimmuag bringen lassen, so ist zu wünschen, dafs er dies nicht versäume. Endlich sei er bei Nennung oder Widerlegung der Auktoren bescheiden. (5. G.-Kgr. 55. Dekr.)

6. Selbst wenn keine Gefahr für Glauben oder Frömmigkeit mitunterlauft, soll niemand bei Gegenständen von gröfserer Bedeutung ohne vorherige Beratung mit den Vorgesetzten neue Fragen oder irgend eine Meinung vorbringen, die sonst von keinem tüchtigen Gewährsmann festgehalten wird, noch trage man etwas im Gegensatze zu den Lehren der Doktoren und gegen die allgemeine Ansicht der bestehenden Schulen vor. Vielmehr sollen alle ganz besonders den bewährten Lehrern folgen und demjenigen anhangen, was durch langjährige Sitte an katholischen Akademien vorzüglich in Aufnahme gekommen ist.

7. Er bringe keine unnütze, veraltete, thörichte, offenbar falsche Meinungen vor. verweile auch nicht zu lang in Anführung und Widerlegung derselben, Seine Thesen suche er nicht sowohl durch die Zahl, als durch das Gewicht der Gründe zu beweisen. Er verirre sich nicht auf fremdartige Materien, und seine eigenen behandle er weder weitläufiger, als nötig ist, noch an ungehöriger Stelle. Er häufe keine Masse von möglichen Einwürfen auf, sondern bringe nur die wichtigsten in kürze vor, aufser wenn die Widerlegung derselben schon aus den gelegten Fundamenten leicht ersichtlich ist.

8. In der Anführung gelehrter Auktoritäten hüte er sich vor dem Zuviel; führt er aber zur Bekräftigung seines Satzes die Zeugnisse vorzüglicherer Gewährsmänner an, so zitiere er, wo möglich, wörtlich, aber kurz und getreu; dies mufs er in noch höherem Grade bei Stellen der heiligen Schrift, der Konzilien und der heiligen Väter thun. Im Interesse seiner Würde aber liegt es, nicht leicht einen Auktor zu zitieren, den er nicht selbst gelesen hat.

9. Wenn jemand ohne Diktieren so vortragen kann, dafs die Zuhörer das, was zu schreiben ist, bequem aufzeichnen können, so ist zu wünschen, dafs er nicht diktiere; immerhin mufs man jedoch beim Diktieren nicht in Zwischenräumen Wort für Wort hersagen, sondern langsam in Sätzen sprechen und im Notfalle den Satz wiederholen; auch soll man nicht die ganze Abhandlung diktieren und dann erst erklären, sondern öfter (kleinere Partien) diktieren und wieder erklären.

1832 fährt fort: Liest man aber in einer Fakultät ein Handbuch vor, so mufs der Verfasser ein Mann von gründlicherer und bewährterer Gelehrsamkeit sein, nnd darf es nicht ohne Rücksprache mit dem Provinzial geschehen. Aber selbst in diesem Falle mufs der Professor jährlich von zeit zu zeit einen selbstbearbeiteten Traktat den Zuhörern vortragen.

Discipuli quando ad auctores rejiciendi.

10. Ea, quae in auctoribus in promptu positis habentur, si afferenda sint, explicet potius quam dictet; quin etiam auditores ad eos auctores, qui copiose et accurate materiam aliquam pertractarunt, rejiciat.

Repetitiones in schola.

11. Post lectionem in schola vel prope scholam maneat saltem per quadrantem, ut possint ad eum interrogandum auditores accedere, ut lectionum rationem interdum exigat, utque[1] eae repetantur. (Const. p. 4. c. 13. n. 3.)

11. Lectionum rationem saepius exigat, curetque, ut eae repetantur. Post lectionem vero in schola vel prope scholam maneat saltem per quadrantem, ut possint ad eum interrogandum auditores accedere. (Cit. id.)

Repetitiones domi.

12. Domi quoque quotidie, praeter sabbatha, vacationes et dies festos, hora una designanda, qua repetatur, ut ea ratione et ingenia magis exerceantur, et difficilia, quae occurrent, magis elucidentur. Praemoneatur itaque unus aut alter ad repetendum memoriter non plus quam per quadrantem; postea argumentetur unus item aut alter, totidem respondentibus; si quid vero temporis supersit, dubia proponantur. Ut autem supersit, Magister argumentandi formam severe tueatur; et cum novi nihil affertur, praecidat argumentum. (Const. p. 4. c. 6. n. 8. et lit. H.; c. 13. n. 3. et lit. D.)

Repetitiones generales.

13. Sub finem anni ita instituendae erunt praeteritarum lectionum repetitiones, ut, nisi quid obstet, mensis integer vacuus ab illis etiam, non solum a lectionibus relinquatur. (Const. p. 4. c. 13. n. 3. et lit. D.)

13. Sub finem anni ita instituendae erunt repetitiones, ut, quantum fieri potest, omnes lectiones repetitae sint, cum tempus vacationum advenerit. (Citat. idem.)

Disputationes hebdomadariae.

14. In sabbatho aliove, quem Academiae consuetudo exigit, die habeant in scholis disputationes per duas horas, longiores etiam, ubi sint magni externorum concursus. Quodsi quam in hebdomadam duo festi dies, vel cum festo uno hebdomadaria vacatio incidat, non disputetur, sed legatur sabbatho; id vero si tribus continuaretur hebdomadis, una interponatur disputatio.

Disput. menstruae.

15. Ubi receptus Academiae mos nihil obstat, singulis, praeter tres menses aestivos ultimos, aut (si pauci sint auditores) alternis mensibus communes certo aliquo die disputationes, tum ante tum

[1] pr. „curetque, ut eae".

10. Sind Gegenstände vorzutragen, die man in leicht zugänglichen Büchern finden kann, so erkläre man lieber statt zu diktieren, ja man verweise die Zuhörer auf jene Schriftsteller, welche den vorliegenden Gegenstand erschöpfend und sorgfältig behandeln.

11. Nach der Vorlesung bleibe der Professor mindestens $^1/_4$ Stunde in oder nahe bei der Schule, damit ihn die Zuhörer sofort befragen können, damit er über das Gehörte Rechenschaft verlange, oder auch um eine Wiederholung anzustellen.

11. Er frage oft über die Vorlesung seine Zuhörer ab und dringe auf Repetition. Nach der Vorlesung aber bleibe er in oder nahe bei der Schule, damit ihn die Zuhörer sofort befragen können.

12. Auch zu haus mufs den Unsrigen täglich, aufser den Sonnabenden, Vakanz- und Festtagen, eine Stunde zur Repetition und Disputation angesetzt sein, damit auf diese Weise der Geist mehr geübt und die aufstofsenden Schwierigkeiten beleuchtet werden. Man bezeichne deshalb einen oder zwei, welche nicht länger als $^1/_4$ Stunde die Lektion auswendig wiederholen; hierauf sollen einer oder zwei gegen die These auftreten, während ebensoviele defendieren; ist nachher noch Zeit übrig, so lege man allerlei Bedenken vor. Damit aber Zeit übrig bleibe, soll der Professor streng auf syllogistische Form beim Disputieren halten und, wenn nichts Neues mehr vorgebracht wird, die Disputation alsbald abschneiden. (Konst. p. 4. c. 6. n. 8 u, lit. H., c. 13. n. 3 u. lit. D.)

13. Gegen Ende des Schuljahrs sind die Wiederholungen der vorgetragenen Vorlesungen so anzustellen, dafs ohne besonderes Hindernis ein ganzer Monat nicht blofs von Repetitionen, sondern auch von Lektionen frei bleibt. (Konst. p. 4. c. 13. n. 3 u. lit. D.)

13. Gegen Ende des Schuljahrs sind die Wiederholungen der vorgetragenen Vorlesungen so anzustellen, dafs wo möglich alle Lektionen repetiert sind, wenn die Ferienzeit angebrochen ist. (Dass. Zitat.)

14. Am Sonnabend oder an einem anderen Tage, wie es an einer Akademie herkömmlich ist, soll man in den Schulen Disputationen von zwei und, wo eine grofse Zahl auswärtiger Studenten ist, noch mehr Stunden halten. Wenn in eine Woche zwei Festtage, oder ein Fest- und ein Vakanztag fallen, soll am Sonnabende nicht disputiert, sondern gelesen werden; wäre dies aber drei Wochen hinter einander der Fall, so mufs dazwischen eine Disputation stattfinden.

15. Wo der herkömmliche Gebrauch der Akademie es nicht verhindert, sollen mit Ausnahme der drei letzten Sommermonate in jedem einzelnen oder, wenn es nur wenige Zuhörer sind, in jedem zweiten Monate Disputa-

post meridiem, habeantur. Quot fuerint Magistri, totidem auditores defendant singuli singulorum Magistrorum quaestiones. (Constit. p. 4. c. 13. n. 3.)

Argumenta qui resumant.

16. Intersint disputationibus, quoad ejus fieri potest, alii quoque Doctores nostri Professoresque, licet diversarum facultatum, qui, quo magis concertatio fervescat, argumentorum, quae agitantur, vim urgeant, modo ne prosequendum suscipiant argumentum, cui utiliter ac strenue adhuc argumentans insistit. Id ipsum praestare liceat externis etiam Doctoribus; atque adeo ad argumentandum ex instituto, nisi ea consuetudo alicubi minus probetur, invitari possunt.

Non disputent nisi doctiores.

17. Ex auditoribus publice non disputent nisi doctiores; caeteri privatim exerceantur, quoad ita instructi sint, ut eo loco non putentur indigni.

Disputationis cura.

18. Existimet, disputationis diem non minus esse laboriosum fructuosumque quam lectionis, omnemque disputationis utilitatem ac fervorem a se pendere. Cui ita praesit, ut ipse videatur esse, qui in utroque concertatore concertet: collaudet, si quid afferatur boni, et attendere omnes jubeat. Cum gravior aliqua proposita fuerit difficultas, suggerat subinde breviter[1] aliquid, quo vel fulciat respondentem vel argumentantem dirigat; neque diu taceat, neque semper loquatur, ut ipsi etiam discipuli promant quod sciunt. Ipse vero quod promtum[2] fuerit emendet aut expoliat; disputantem progredi jubeat, dum difficultas vim obtinet; imo augeat ipse difficultatem; nec dissimulet, si is, qui argumentatur, prorepserit ad aliud argumentum. Non patiatur, vel argumentum pene solutum longius urgeri, vel responsionem non bene constantem diu sustineri; sed post aliquam concertationem rem totam breviter definiat et explanet. Si quid denique aliud uspiam in usu est, quo disputationes reddi soleant frequentiores ac ferventiores, id sedulo retinendum.

Cum bidello agendum.

19. Cum adjutore seu bidello a Rectore constituto agat interdum eumque de totius classis statu et de externorum etiam auditorum diligentia ac profectu percontetur, detque operam, ut idem suo munere fideliter et accurate fungatur.

Profectus studentium.

20. Sit denique in omnibus, divina aspirante gratia, diligens et assiduus, et profectus studentium tum in lectionibus tum in aliis exercitationibus studiosus; non uni se magis quam alteri fami-

[1] pr. et n. „breve“.

[2] pr. et n. „depromptum.“.

tionen sowohl vor- als nachmittags gehalten werden. So viele Professoren es sind, soviele Defendenten müssen, jeder die Thesen seines Professors, verteidigen. (Konst. p. 4. c. 13. n. 3.)

16. Soweit es angeht, sollen auch unsere anderen Doktoren und Professoren, wenngleich sie zu verschiedenen Fakultäten gehören, jenen Disputationen beiwohnen und, um dieselben desto feuriger zu machen, der Kraft der erhobenen Einwürfe Nachdruck verleihen, nur sollen sie ihrerseits eine Objektion nicht erheben, solange der Objizient noch mit Nutzen und Festigkeit insistiert. Auch auswärtige Doktoren dürfen das Nämliche leisten, ja sie können, wo vielleicht die bisherige Gewohnheit nichts dagegen hat, ausdrücklich zum Objizieren eingeladen werden.

17. Unter den akademischen Hörern sollen nur die gebildeteren öffentlich disputieren, die andern zuerst privatim geübt werden, bis sie derart gebildet sind, dafs sie auch öffentlich mit Ehren auftreten können.

18. Der Professor halte dafür, dafs der Tag der Disputation (für die Schüler) ebenso mühevoll und fruchtbar sei, als ein Schultag, und dafs der Nutzen und das Feuer der Disputation vorzüglich von seiner Person abhänge. Deswegen präsidiere er so, dafs er jener zu sein scheine, welcher die beiden Wettkämpfer vertrete: er lobe es, wenn ein guter Einwurf gemacht wird, und wecke alle zur Aufmerksamkeit. Wird eine wichtigere Schwierigkeit vorgebracht, so werfe er bisweilen einen kurzen Satz dazwischen, durch den er entweder dem Defendenten hilft, oder den Objizienten auf die richtige Spur führt; er schweige weder lange, noch spreche er immer, damit auch die Schüler selbst ihr Wissen an den Mann bringen. Was von Schülern vorgebracht wird, verbessere oder verfeinere er; er befehle dem Opponenten weiter vorzurücken, solange dessen Schwierigkeit nicht gelöst ist; ja er selbst vermehre noch das Gewicht des Einwurfs und vertusche es auch nicht, wenn der Angreifende unmerklich zu einem anderen Einwurf übergeht. Er lasse weder einen so ziemlich gelösten Einwurf weiter ausspinnen, noch eine ungenügende Lösung zu lange festhalten, sondern mache die Sache nach einem kurzem Wettkampfe kurz und endgültig ab und gebe seine Erklärung dazu. Sollte sonst etwas im Gebrauche sein, was zum guten Besuche und zur Lebendigkeit der Disputationen beiträgt, so behalte er es sorglich bei.

19. Bisweilen benehme er sich mit dem vom Rektor aufgestellten Bidell und befrage ihn über den Zustand der Klasse, über den Fleifs und die Fortschritte auch der auswärtigen Schüler, und bemühe sich, dafs derselbe sein Amt treu und sorglich versehe.

20. Endlich sei er mit Hilfe der göttlichen Gnade in allem sorgfältig und andauernd fleifsig, und halte auf den Fortschritt der Studierenden sowohl in den Vorlesungen, als in andern wissenschaftlichen

liarem ostendat, contemnat neminem, pauperum studiis aeque ac divitum prospiciat, profectumque uniuscujusque e suis scholasticis speciatim procuret. (Const. p. 4. c. 6. n. 6.; c. 13. n. 3.)

Regulae Professoris sacrae Scripturae.

Praecipua sensus literalis cura.

1. Intelligat, suas praecipue partes esse, divinas literas juxta germanum literalemque sensum, qui rectam in Deum fidem bonorumque morum instituta confirmet, pie, docte, graviter explicare.

Et vulgatae editionis.

2. Inter caetera, ad quae ejus intentio feratur, illud praecipuum sit, ut versionem ab Ecclesia approbatam defendat. (Const. p. 4. c. 6. n. 5.)

Phrases sacrae Scr. observandae et conferendae.

3. Eum sensum ut assequatur, locutiones ac figuras sacrarum Scripturarum proprias observet; nec modo loci, quem in manibus habet, antecedentia et consequentia, sed alia quoque loca, in quibus eadem phrasis idem aut non idem valeat, solerter inter se conferat.

Hebraeus Graecusve textus.

4. Ex Hebraeis Graecisque exemplaribus, quod usui fuerit, in eam rem proferat, breviter tamen, nec nisi cum vel ipsorum latinaeque editionis vulgatae aliqua diversitas conciliationis indiget, vel aliarum linguarum idiotismi ad majorem conferunt sive perspicuitatem sive significationem.

Aliis versionibus qom. utendum.

5. Aliarum versionum sive latinarum (1832: *aut vernacularum*) recentiorum, sive Chaldaicae, Syriacae, Theodotionis, Aquilae, Symmachi, nec errores nisi insignes et in speciem probabiles suscipiat refellendos; nec ea vicissim praetereat, quae latinae editioni vulgatae fideique nostrae mysteriis valde faveant, praesertim si fuerint apud LXX interpretes, de quibus honorifice semper loquendum est.

Pontificum et conciliorum expositiones tuendae.

6. Si quem literalem cujuspiam loci sensum esse significant Pontificum seu Conciliorum, praesertim generalium, canones, eum omnino literalem esse defendat, nec alios praeterea literales addat, nisi eximiis adductus conjecturis. Si quem etiam ad aliquod fidei dogma confirmandum ex instituto proferunt, eum quoque sensum, aut literalem aut mysticum, certum tamen esse, doceat.

Patrum vestigiis insistendum.

7. Sanctorum Patrum vestigiis reverenter insistat, inter quos si de uno aliquo sensu literali vel allegorico conveniat, praesertim dum disertis verbis loquuntur et ex proposito de scripturis aut de

Übungen; er sei nicht vertraulicher mit dem einen Schüler als mit dem andern, er verachte keinen und sorge für die Studien ebenso der Armen, wie der Reichen; er befördere die Fortschritte eines jeden einzelnen Zuhörers im besondern. (Konst. p. 4. c. 6. n. 6.; c. 13. n. 3.)

Regeln des Professors der h. Schrift.

1. Er anerkenne es als sein vorzüglichstes Geschäft, die von Gott eingegebenen Bücher nach ihrem echten und buchstäblichen Sinne, welcher den rechten Glauben an Gott und die Lehren der guten Sitten bestätigt, auf fromme, gelehrte und gründliche Weise zu erklären. (Konst. p. 4. c. 6. n. 5.)

2. Unter anderen Zwecken, welche er verfolgen soll, stehe obenan, dafs er die von der Kirche genehmigte Übersetzung (Vulgata) verteidige. (Konst. p. 4. c. 6. n. 5.)

3. Damit er den richtigen Sinn erfasse, soll er die eigentümliche Redeweise und die Figuren der h. Schriften wohl beachten, und nicht blofs das, was der Stelle unmittelbar vorhergeht oder nachfolgt, sondern auch andere Stellen, in welchen derselbe Ausdruck mit gleichem oder ungleichem Sinne vorkommt, sorgfältig mit einander vergleichen.

4. Aus den hebräischen und griechischen Urschriften bringe er das Zweckdienliche, jedoch in kürze und nur dann vor, wenn entweder eine gewisse Verschiedenheit zwischen ihnen und der Vulgata einer Ausgleichung bedarf, oder wenn die Eigenheiten anderer Sprachen zur gröfseren Klarheit und Bedeutsamkeit der Stelle beitragen.

5. Was andere Übersetzungen, entweder spätere lateinische (1832: *oder in den Landessprachen)*, oder die chaldäische, syrische, jene des Theodotion, Aquilas und Symmachus betrifft, so übernehme er die Widerlegung einzig der wichtigen und auf den ersten Blick bestechenden Irrungen; er übergehe auf der anderen Seite nicht dasjenige, was sehr zu gunsten der lateinischen Vulgata und der Geheimnisse unseres Glaubens spricht, besonders wenn es bei den Septuaginta steht, von denen übrigens stets ehrerbietig zu sprechen ist.

6. Wenn die Kanones der Päpste oder Konzilien, besonders der allgemeinen, den buchstäblichen Sinn einer Schriftstelle als den eigentlichen bezeichnen, so verteidige auch er durchaus denselben und führe keinen andern buchstäblichen Sinn an, aufser wo besondere Gründe vorliegen. Wenn sie einen Text auch zum Beweise eines Glaubenssatzes ausdrücklich gebrauchen, so lehre er gleichfalls, dafs dies der buchstäbliche oder mystische, jedenfalls der zweifellose Sinn ist.

7. Ehrerbietig folge er den Fufstapfen der heiligen Väter: wenn dieselben über den buchstäblichen oder sinnbildlichen Sinn einer Stelle eins sind, besonders wenn sie es ausdrücklich sagen und vorsätzlich von

dogmatibus disputant, ab eo non recedat; si non conveniat, ex eorum variis expositionibus eam praeferat, in quam a multis jam annis Ecclesia magno consensu videtur propensior.

Fidei dogmata s. literis confirmanda.

8. Quin etiam si quod est fidei dogma, quod fere quamplurimi Patres aut Theologi e scripturis probare contendunt, id ipse probari inde posse non neget.

Rabbinis auctoritas non concilianda.

9. Si quid sit in Hebraeorum Rabbinis, quod vel pro latina editione vulgata vel pro Catholicis dogmatibus utiliter possit afferri, id ita afferat, ut illis propterea non conciliet auctoritatem, ne ad eos aliqui afficiantur, praesertim si fuerint ex iis, qui post Christi Domini tempora scripserunt.

In rebus aut erroribus rabbinorum non laborandum.

10. In caeteris Rabbinorum rebus conquirendis, aut etiam erroribus exagitandis, nisi valde celebres sint, non laboret; idemque servet in legendis quibusdam Christianis interpretibus, qui plus nimio Rabbinos secuti sunt. (1832: *qui plus nimio aut nimis temere ingenio suo indulserunt.*)

Non admodum punctis fidendum.

11. Imo neque punctis, quod Rabbinorum inventum est,[1] confidat admodum, sed diligenter expendat, quomodo noster, vel Septuaginta, vel antiqui interpretes alii legerint, cum puncta non essent.

Brevitatis studium.

12. In quolibet Scripturae loco, nisi magnum sit et morae et operae pretium, non haereat nimium, ne lenti fiant progressus, quod maxime consequetur, si faciliora percurrat vel etiam omittat.

12. Initio anni regulas circa interpretationem s. Scripturae breviter praemittat. In quolibet Scripturae loco, nisi magnum sit ei morae et operae pretium, non haereat etc.

Quaest. schol. more non tractandae.

13. Quaestiones sacrarum Scripturarum proprias scholastico more non tractet.

Chronologiae &c. non immorandum.

14. In varia temporum ratione pervestiganda, in perscrutandis terrae sanctae locis aut in hujusmodi aliis parum utilibus rebus (nisi locus ipse id exigat necessario) non multum temporis ponat; auctores, qui de his copiose disserunt, satis erit indicare.

14. Chronologiae, geographiae antiquae et archaeologiae explicandae non inhaereat, nisi quantum locus ipse, quem prae manibus habet, exigit. Auctores quidem, qui de his copiose disserunt, opportunum erit indicare.

Nec allegoriis et moralibus.

15. Allegorias et moralia, si pervulgata non sint et in sensu ipso literali quodammodo nata videantur, atque ingeniosum ac perspicax aliquid prae se ferant, ne praetermittat. Quae ejusmodi non fuerint, significet tantum, quibus ex patribus depromi possint.

[1] 1832 om. „quod R. inv. est.“

Schriftstellen und Glaubenslehren handeln, so weiche er von jenem Sinne nicht ab; wo sie aber nicht einig sind, hebe er aus ihren verschiedenen Erklärungen diejenige aus, zu welcher die Kirche schon seit vielen Jahren und mit grofser Übereinstimmung mehr Vorliebe hat.

8. Ja wenn die Väter und die Theologen in grofser Zahl von einem Glaubenssatze behaupten, man könne ihn aus der h. Schrift beweisen, so widerspreche auch er nicht dieser Möglichkeit.

9. Läfst sich aus den jüdischen Rabbinern etwas mit Nutzen zu gunsten der Vulgata und der katholischen Glaubenssätze anführen, so thue er es, aber so, dafs er jenen darum kein grofses Gewicht beilegt, damit niemand für sie eingenommen werde, vollends wenn es jüdische Schriftsteller aus der Zeit nach Christus sind.

10. Im übrigen kümmere er sich wenig um Auffindung der Meinung der Rabbiner oder um Widerlegung ihrer Irrtümer, wenn dieselben nicht berühmt sind, und ähnlich halte er es bei gewissen christl. Schrifterklärern, welche den Rabbinern über gebühr gefolgt sind. (1832: *die über gebühr und zu vermessen ihrem eigenen Kopfe gefolgt sind.)*

11. Nicht einmal den Massoretenzeichen, die eine Erfindung der Rabbiner sind,[1]) vertraue er sehr, sondern erwäge sorgfältig, wie unser Text, die Septuaginta oder andere alte Exegeten lasen, bevor der Text punktiert war.

12. Wenn sich Zeit und Mühe nicht sehr lohnen, halte er sich nicht zu lang an einer einzelnen Schriftstelle auf, damit der Fortgang nicht zu schleppend werde; am weitesten bringt er es, wenn er leichtere Stellen rasch durchläuft oder ganz übergeht.

12. Am Anfange des Jahres schicke er kurz die Regeln der biblischen Hermeneutik voraus. Wenn sich Zeit und Mühe nicht sehr lohnen, halte er sich ꝛc. *wie auf der Kol. links.*

13. Die eigentlichen Fragen der h. Schrift behandle er nicht in scholastischer Methode.

14. Auch auf die verschiedenen chronologischen Fragen, auf Erforschung der Örtlichkeiten des h. Landes und derartige minder nützliche Dinge verwende er (wenn die Stelle es nicht mit Notwendigkeit erheischt) nicht viel Zeit; es reicht hin, auf die einschlägigen gründlichen Auktoren zu verweisen.

14. Er verweile nicht bei Erklärung der Chronologie, der alten Geographie und der Archäologie, aufser soweit es die eben zu erklärende Stelle erfordert; es wird gut sein, auf die einschlägigen gründlichen Auktoren zu verweisen.

15. Er gehe nicht ganz am allegorischen und moralischen Sinne der Stellen vorbei, wenn derselbe nicht allbekannt ist, wenn er von selbst gewissermafsen aus dem wörtlichen Sinne fliefst und Geist nebst Scharfsinn verrät. Wo das nicht der Fall ist, führe er blofs die Väter an, die

[1] Dieser Relativsatz fehlt in 1832.

[1832 addit: Quae tamen sacris concionibus usui esse possunt, indigitet.]

Nec controversiis.

16. Si quem incidat in locum, vel nobis cum haereticis controversum, vel in Theologicis concertationibus in utramque partem jactari solitum, exponat tantum, graviter tamen et strenue, praesertim si adversus haereticos agat, quantum is locus ponderis habeat ad eam quaestionem definiendam; omittat caetera, ut instituti sui memor nihil aliud quam sacras literas docere videatur.

Nov. et vetus testam. alternis.

17. Novum et vetus testamentum *(Ex novo et veteri testamento)*, nisi aliud interdum satius esse judicetur, alternis annis explicet.

Quotannis novus liber explicandus.

18. Inchoatum uno anno librum non extrahat in alterum, nisi gravem ob causam; imo ad eundem librum interpretandum ne recurrat, nisi post explicatam majorem partem praecipuorum librorum.

Repetit. et lection. domesticae.

19. Praeter repetitiones domi semel in hebdomada[1], lectiones etiam in refectorio interdum, ut Rector praescripserit, habeantur.

Praelectiones publicae.

20. Loco ordinariae lectionis designetur interdum ex discipulis aliquis, qui ornate et copiose locum aliquem e sacris literis celebriorem explicet. Contra quem, ubi absolverit, ex condiscipulis unus aut alter argumentetur, non aliunde tamen, quam ex variis sive sacrae Scripturae locis, sive linguarum idiotismis, sive Patrum interpretationibus.

Regulae Professoris linguae Hebraeae.

Interpretandi fidelitas.

1. Nihil antiquius habeat, quam ut prima ipsa sanctae Scripturae verba perquam integra fide interpretetur.

Vulgatae defensio.

2. Inter caetera, ad quae ejus intentio feratur, illud sit, ut versionem ab Ecclesia approbatam defendat.

Grammatica s. textui jungenda.

3. Initio anni prima Grammaticae rudimenta explicet; deinde, dum reliquas persequitur institutiones, aliquem s. Scripturae librum ex facilioribus explanet.

Praecipua cura verborum.

4. Dum sacros libros interpretatur, non tam in rebus ac sententiis expendendis laboret, quam in vi ac potestate verborum ac propriis ejus linguae idiotismis et in Grammaticae praeceptis juxta germanum auctorum usum observandis.

[1] m. „-ata“.

man nachschlagen könne. *[1832 fügt bei: was jedoch für Predigten dienlich sein kann, deute er kurz an.]*

16. Wenn er auf einen Text stöfst, über welchen wir mit den Häretikern in kampf liegen, oder welcher bei theologischen Disputationen für oder wider gedeutet zu werden pflegt, so erkläre er ihn blofs, jedoch gründlich und tüchtig, besonders im Gegensatze zu den Häretikern, und zeige, welche Beweiskraft zur Entscheidung der betreffenden Frage in der Stelle liege; alles Übrige lasse er bei seite, damit er, seines Berufes eingedenk, einfach als Erklärer der h. Schrift dastehe.

17. Ein Jahr ums andere erkläre er das neue und das alte Testament *(Stellen aus dem n. u. d. a. T.)*, wenn nicht ein anderes Verfahren bisweilen für besser gehalten wird.

18. Ein Buch, dessen Erklärung er in einem Jahre begonnen hat, verschleppe er nicht ins folgende Jahr, aufser wegen eines wichtigen Grundes; ja er kehre nicht einmal zur Exegese desselben Buches zurück, bevor er den gröfseren Teil der wichtigsten Bücher erklärt hat.

19. Aufser der wöchentlich einmaligen Repetition zu hause, sollen die Schüler nach Vorschrift des Rektors bisweilen auch (biblische) Vorlesungen im Speisesaale halten.

20. Statt der ordentlichen Vorlesung gebe man bisweilen einem von den Schülern auf, eine berühmtere Stelle der h. Schrift in schöner Sprache und gründlich zu erklären. Wenn er zu ende ist, soll einer oder der andere von seinen Mitschülern gegen ihn Einwürfe vorbringen, die er aber einzig aus den verschiedenen Stellen der heiligen Schrift, oder aus den Eigentümlichkeiten der Sprachen, oder aus den Erklärungen der h. Väter herholen darf.

Regeln des Professors der hebräischen Sprache.

1. Er betrachte es als hochwichtiges Geschäft, die Worte der h. Schrift selbst von vornhinein mit der gröfsten Treue zu erklären.

2. Unter anderen gehe seine Absicht auch dahin, dafs er die von der Kirche genehmigte Übersetzung verteidige.

3. Im Beginne des Jahres erkläre er die Anfangsgründe der Grammatik; während er dann die übrigen Regeln durchnimmt, lese er zugleich eines der leichteren (hebr.) Bücher der heiligen Schrift.

4. Wenn er heilige Bücher erklärt, gebe er sich weniger mühe, den Inhalt und die Gedanken zu erforschen, sondern vielmehr die Bedeutung und den Sinn der Wörter, die Eigentümlichkeiten dieser Sprache und die Grammatikalregeln nach dem unverfälschten Gebrauche, welchen die h. Schriftsteller davon machen, zu beachten.

Linguae peregrinitas industria mollienda.

5. Ita denique[1] se gerat in docendo, ut peregrinitas et asperitas ea, qua nonnullis linguae hujus studium laborare videtur, sua industria leniatur.

Aliarum orientalium adjumenta.

6. Studeat denique adjumenta quaerere ex aliis linguis orientalibus, quibus cognitio linguae hebraeae perfici possit.

Regulae Professoris Scholasticae Theologiae.

Regulae Professoris Theologiae.

Finis.

1. Sui muneris esse intelligat, solidam disputandi subtilitatem ita cum orthodoxa fide ac pietate conjungere, ut huic in primis illa deserviat.

S. Thomas sequendus.

2. Sequantur nostri omnino in scholastica Theologia doctrinam S. Thomae eumque ut Doctorem proprium habeant ponantque in eo omnem operam, ut auditores erga illum quam optime afficiantur. Non sic tamen S. Thomae adstricti esse debere intelligantur, ut nulla prorsus in re ab eo recedere liceat; cum illi ipsi, qui se Thomistas maxime profitentur, aliquando ab eo recedant, nec arctius nostros S^{o} Thomae alligari par sit, quam Thomistas ipsos. (Const. p. 4. c. 14. n. 1. et 5. — Congr. V. can. 9. et decr. 55. 72.)

Cum qua exceptione.

3. Ergo de Conceptione B. Mariae ac de solemnitate votorum sequantur sententiam, quae magis hoc tempore communis est magisque recepta apud Theologos;

3. Ergo de Conceptione B. Mariae ac de solemnitate votorum defendant sententiam hoc tempore communiter in Ecclesia receptam;

et in quaestionibus mere philosophicis aut etiam in iis, quae ad Scripturas et Canones pertinent, licebit sequi etiam alios, qui eas facultates magis ex professo tractaverunt. (Congr. V. decr. 41 n. 1.; decr. 56. n. 3.)

In dubiis utramvis partem sequi licet.

4. Si quando vel ambigua fuerit S. Thomae sententia, vel in iis quaestionibus, quas S. Thomas forte non attigit, Doctores Catholici inter se non consenserint, licebit quamcunque partem sequi, ut dictum est in regulis communibus, reg. 5.

Fidei et pietatis cura.

5. In docendo corroborandae primum fidei alendaeque pietatis cura habeatur. Quare in iis quaestionibus, quas S. Thomas ex professo non tractat, nemo quicquam doceat, quod cum Ecclesiae

[1] 1832 om. „denique“, quia sequitur n. 6.

5. Beim Lehrvortrage benehme er sich endlich so, dafs durch seine Gewandtheit die Fremdartigkeit und Härte, welche nach der Meinung einiger Leute dieser Sprache anzukleben scheint, gemildert werde.

6. Er bestrebe sich auch, durch Studium anderer orientalischer Sprachen Hilfsmittel zur tieferen Durchforschung auch des Hebräischen zu gewinnen.

Regeln des Professors der scholast. Theologie.

1. Er halte es für seine Aufgabe, gründlichen Scharfsinn in der Untersuchung so mit dem wahren Glauben und der Frömmigkeit zu verbinden, dafs ersterer besonders den beiden letzteren untergeordnet sei und diene.

2. Unsere Religiosen sollen in der scholastischen Theologie der Lehre des h. Thomas folgen, ihn als ihren eigentlichen Lehrer betrachten und sich allseitig bemühen, dafs unsere Zuhörer möglichste Zuneigung zu ihm fassen. Jedoch meine man nicht, sie seien derart an den h. Thomas gekettet, dafs sie in gar keinem Punkte von ihm abweichen dürften; denn auch jene, die sich mit vorzug zum h. Thomas bekennen, weichen bisweilen von ihm ab; und es wäre unbillig, die Unsrigen strammer, als die Thomisten selbst an den h. Thomas zu binden. (Konst. p. 4. c. 14. n. 1 u. 5. —V. Kgr., Dekr. 55. 72.)

3. Demnach soll man in betreff der Empfängnis Mariens und der feierlichen Gelübde derjenigen Meinung folgen, die jetzt gewöhnlicher und bei den Theologen mehr in aufnahme ist;

Regeln des Professors der Theologie.

3. Demnach soll man in betreff der Empfängnis Mariens und der feierlichen Gelübde derjenigen Meinung folgen, die jetzt allgemein in der Kirche angenommen ist;

auch in rein philosophischen Fragen und in Gegenständen der h. Schrift und der Canones darf man anderen folgen, welche diese Fächer mehr eigens und fachmännisch behandelt haben.

4. Wenn bisweilen die Ansicht des h. Thomas unentschieden ist, oder die katholischen Doktoren in jenen Fragen, welche der h. Thomas gar nicht berührt hat, unter einander uneinig sind, so darf man einer beliebigen Partei folgen, wie schon in den gemeinsamen Regeln (Nr. 5) gesagt ist.

5. Im Lehrvortrage mufs man vor allem für Bestärkung des Glaubens und für Wachstum der Frömmigkeit sorgen. Deshalb soll niemand bei Fragen, welche der h. Thomas nicht eigens behandelt hat, etwas lehren,

sensu receptisque traditionibus non bene conveniat, quodque aliquo modo solidae pietatis firmitatem minuat. Quo pertinet, ut nec receptas jam, quamvis congruentes tantum rationes, quibus fidei res probari solent, refellant, nec temere novas excogitent, nisi ex constantibus solidisque principiis. (Congr. V. decr. 41. n. 2.)

Opiniones, quae Catholicos offendunt, non asserendae.

6. Quae opiniones, cujuscunque auctoris sint, in aliqua provincia aut Academia Catholicos graviter offendere scirentur, eas ibi non doceat aut defendat. Ubi enim nec fidei doctrina, nec morum integritas in discrimen adducitur, prudens caritas exigit, ut nostri se illis accommodent, cum quibus versantur.[1] (Const. p. 4. c. 9. n. 3; c. 15. n. 3.)

Quadriennio cursus absolvendus.

7. Quadriennio totus Theologiae cursus absolvendus. Si ergo duo fuerint scholasticae Theologiae Professores:

Quaestionum divisio.

§. 1. Primus 43[2] quaestiones ex prima parte explicet primo anno; secundo anno materiam de Angelis, atque unam et viginti quaestiones ex prima secundae; tertio anno a qu. 55. vel 71. ad finem primae secundae; quarto anno ex secunda secundae materiam de fide, spe et caritate.

§. 2. Alter Professor primo anno explanet ex secunda secundae quaestiones de Justitia et Jure, et praecipua quaedam de religione; secundo ex tertia parte quaestiones de Incarnatione et, si potest, graviora saltem quaedam

7. Quadriennio totus theologiae cursus absolvendus. Ordo vero tractatuum, juxta quem theologia universa quadriennio tradi possit a duobus professoribus, is ferme erit:

§. 1. Primus [sc. Prof.] de Religione et Ecclesia, ubi item de Concilio ac de Rom. Pontifice; et interserantur praecipua de locis theologis [-icis?] primo anno; secundo anno de Deo Uno et Trino, ubi item de scientia Dei ac de praedestinatione; tertio anno de Deo creatore, angelis, hominis creatione et lapsu, et de Incarnatione Christi; quarto anno de eucharistia, poenitentia et indulgentiis ac de extrema unctione.

§. 2. Alter Professor primo anno de actibus humanis eorumque regulis, de virtutibus et vitiis in genere; secundo anno de virtutibus theologicis, de cardinalibus in specie, praesertim de jure et justitia, ac de virtute

[1] Man übersehe hier nicht die kürzeste Fassung der jesuitischen „Akkommodationstheorie“, derentwegen der blinde Eifer soviel Staub aufwirbelte.

[2] m. „42“, reliquae editiones „43“.

was mit der Ansicht der Kirche und den allgemein angenommenen Überlieferungen nicht gut übereinstimmt, und was irgendwie die Grundlage der echten Frömmigkeit erschüttert. Dahin gehört, dafs man die einmal angenommenen, wenngleich blofs bestärkenden Gründe, mit welchen man Gegenstände des Glaubens zu beweisen pflegt, nicht verwerfe, und keine neuen ausdenke, wenn sie nicht auf festen und gründlichen Prinzipien beruhen. (V. Kgr. Dekr. 41. Nr. 2.)

6. Weifs man, dafs gewisse Ansichten eines beliebigen Verfassers die Katholiken in einer Provinz oder auf einer Akademie schwer verletzen würden, so lehre und verteidige man sie dort nicht. Denn sobald weder die Glaubenslehre, noch die Reinheit der Sitten gefahr läuft, verlangt die kluge Nächstenliebe, dafs unsere Religiosen sich an jene anbequemen, bei welchen sie wohnen. (Konst. p. 4. c. 9. n. 3; c. 15. n. 3.)

7. In vier Jahren mufs der ganze theol. Kurs abgeschlossen sein. Wo also zwei Professoren der scholastischen Theologie sind,

§. 1. erkläre der erste 43 Quästionen aus dem 1. Teil der Summa im 1. J.; im 2. J. die Lehre von den Engeln und 21 Q. aus der 1. Unterabt. des 2. Teils; im 3. J. von der 55. oder 71. Q. bis zum Ende der 1. Unterabt. des 2. Teils; im 4. J. aus der 2. Unterabt. des 2. Teils die Lehre von Glauben, Hoffnung und Liebe.

§. 2. Der zweite Prof. erkläre im 1. J. aus 2 II die Fragen über Gerechtigkeit und Recht und das Hauptsächliche über Religion; im 2. J. aus dem 3. Teil die Fragen über die Menschwerdung und, wenn möglich, wenigstens einige Hauptpunkte

7. In vier Jahren mufs der ganze theologische Kurs abgeschlossen sein. Die Ordnung der Traktate aber, nach welcher die ganze Theologie von 2 Professoren in 4 Jahren gelehrt werden kann, ist ungefähr folgende:

§. 1. Der erste Prof. lese im 1. J. über Religion und Kirche, zugleich über Konzil und röm. Papst, auch streue er die Hauptsache über die Glaubensquellen (loci theol.) ein; im 2. J. handle er von dem einen und dreieinigen Gott, zugleich vom göttlichen Wissen und von der Vorherbestimmung; im 3. J. von Gott dem Schöpfer, von den Engeln, der Erschaffung und dem Falle des Menschen und von Christi Menschwerdung; im 4. von Eucharistie, Bufse und Ablässen, letzter Ölung.

§. 2. Der zweite Prof. handle im 1. J. von den menschlichen Handlungen und ihren Regeln, von Tugend und Laster im allgemeinen; im 2. J. von den theologischen und den Kardinal-Tugenden im allgemeinen, von Recht und Gerechtigkeit und von der

explicet de Sacramentis in genere; tertio de Baptismo et Eucharistia et, si quid potest, de Ordine, Confirmatione, Extrema unctione; quarto de Poenitentia et Matrimonio.

§. 3. Ubi vero tres sunt Theologiae Professores, primus primo anno exponat 26 quaestiones ex prima parte; secundo reliquas ejusdem partis quaestiones quascunque poterit; tertio ex prima secundae quicquid poterit ante quaestionem 81.; quarto anno reliquum primae secundae.

§. 4. Alter primo anno ex secunda secundae controversias de Scriptura, de[1] traditionibus, de Ecclesia, de Concilio, de Romano Pontifice; secundo quaestiones de fide, spe et caritate; tertio quaestiones de Justitia et Jure, de restitutione, de usura, de contractibus quantum potest; quarto si quae de contractibus superfuerant, et quae de religione ac statibus disputat S. Thomas.[2]

§. 5. Tertius primo anno quaestiones de Incarnatione; secundo de Sacramentis in genere, de Baptismo et Eucharistia; tertio de Poenitentia ac Matrimonio; quarto de censuris ecclesiasticis et de reliquis Sacramentis.

religionis; tertio anno de gratia, sacramentis in genere, et de baptismo et confirmatione in specie; quarto anno de ordine, matrimonio et quatuor novissimis.

Cujusq. anni quaestiones absolvendae.

8. Ex quaestionibus autem, quae sibi explanandae fuerint, singulas intra annum, cui adscriptae sunt, absolvat; si quas non poterit, praetermittat omnino, nec alium in annum rejiciat, sed auditores ad certum aliquem auctorem remittat.

[1] pr. et n. „et".

[2] pr. et n. omittunt „S. Thomas."

über die Sakramente im allgemeinen; im 3. J. Taufe, Eucharistie und, wenn es geht, Priesterweihe, Firmung, letzte Ölung; im 4. J. Bufse und Ehe.

Tugend der Religion; im 3. J. von der Gnade und den Sakramenten im allgemeinen, von der Taufe und Firmung im besonderen; im 4. J. von der Priesterweihe, Ehe und den vier letzten Dingen.

§. 3. Wo es aber drei Professoren der Theologie sind, erkläre der erste im 1. J. 26 Quästionen aus dem 1. Teil; im 2. die übrigen Quästionen desselben Teils, soweit er kann; im 3. J. aus 1 II alle Quästionen vor der 81., sofern er nur kann; im 4. J. den Rest von 1 II.

§. 4. Der zweite Professor behandle im 1. J. aus 2 II die Streitfragen über die h. Schrift, Überlieferungen, Kirche, Konzil, röm. Papst; im 2. die Fragen über Glauben, Hoffnung und Liebe; im 3. die Fragen über Gerechtigkeit und Recht, Rückerstattung, Wucher und Verträge, soweit er kommt; im 4. den etwaigen Rest über Verträge, die Abschnitte des h. Thomas über Religion und Stände.

§. 5. Der dritte Prof. erkläre im 1. J. die Fragen über die Menschwerdung; im 2. J. von den Sakramenten im allgemeinen, Taufe und Eucharistie; im 3. Bufse und Ehe; im 4. kirchliche Censuren und die übrigen Sakramente.

8. Von den ihm zur Erklärung überwiesenen Fragen aber behandle der Professor die einzelnen innerhalb des angesetzten Jahres; kann er sie nicht ganz durchnehmen, so lasse er den Rest lieber aus, statt ihn auf das folgende Jahr hinüberzunehmen, und verweise die Zuhörer auf einen bestimmten Auktor.

A quibus quaest. abstinendum.

9. Ut autem facilius in Theologia scholastica hujusmodi progressus faciant, par est, ut a quibusdam rerum generibus abstineant, quoad ejus fieri poterit. Sunt autem in primis haec quatuor:

A s. Scripturae propriis.

§. 1. Unum genus quaestiones aut commentationes divinarum Scripturarum proprias complectitur; has concedant interpreti Scripturarum.

A controversiis.

§. 2. Alterum genus in controversiis adversus haereticos positum est, in quibus pertractandis, quoties in S. Thomae partibus occurrerint, servent scholasticam potius quam historicam rationem et satis esse putent,

1599: conclusionem quamlibet duobus aut tribus firmis munire fundamentis; —

1832: nisi quaestiones fusius essent tractandae pro necessitate temporum et locorum, conclusionum quamlibet duobus aut tribus firmis munire fundamentis; —

diluere etiam totidem fere praecipuas haereticorum calumnias, in singulis tamen indicent auctorem aliquem, ex quo caetera promere possit qui velit.

A philosophicis.

§. 3. In tertio genere sunt philosophicae res, quas haudquaquam ex instituto tractent, nec tam disputent, quam vel ab aliis vel a se explicatas promant.

A casibus conscientiae.

§. 4. Ad quartum genus pertinent conscientiae casus. In quo generalibus quibusdam rerum moralium principiis, de quibus disputari Theologico more solet, contenti subtiliorem illam ac minutiorem praetereant casuum explicationem.

Eadem non iteranda.

10. Si quando S. Thomas eandem difficultatem in plures distrahit articulos, praesertim diversarum quaestionum, ne idem duobus repetatur locis; poterunt vel in unam disputationem, vel etiam, si res ipsa longiorem non exigat explicationem, in compendium articulos illos redigere, ut distincte dicetur in Catalogo quaestionum hisce regulis adjuncto; modo nihil praetereant, quod in articulis singulis observatione dignum sit.

10. Si quando eadem quaestio ad varios theologiae tractatus pertinere potest, inquirant sedulo, an fortasse ea, quae sibi illo anno in suis tractatibus locum habere posse videatur, jam alias auditoribus suis in eodem cursu exposita fuerit; ne pluries eadem cum auditorum fastidio ac temporis jactura repetantur.

9. Damit aber die genannten Leistungen in der scholastischen Theologie desto leichter erzielt werden, ist es geraten, nach Kräften gewisse Klassen von Fragen fernzuhalten; vorzüglich sind es folgende vier:

§. 1. Die erste Klasse umfafst Fragen und Erklärungen, die strenggenommen zur h. Schrift gehören; diese überlasse man dem Bibelerklärer.

§. 2. Die zweite Klasse besteht in Streitpunkten gegen die Häretiker; sobald solche in der Summa des h. Thomas aufstofsen, befolge man vielmehr die scholastische, als die historische Methode und begnüge sich,

1599: jede These mit zwei oder drei vollgültigen Schlüssen zu beweisen,

1832: wenn die Fragen nicht wegen der besonderen Bedürfnisse der Zeit und Gegend weitläufiger behandelt werden müssen, jede These mit zwei oder drei stichhaltigen Gründen zu beweisen,

und mit ebensovielen Argumenten die hauptsächlichsten Verleumdungen der Häretiker in ihr Nichts aufzulösen. Im einzelnen verweise man auf einen Auktor, aus dem jeder nach wunsch das Übrige entnehmen kann.

§. 3. Die dritte Klasse besteht aus philosophischen Gegenständen, welche der Professor nimmermehr eigens behandeln darf, die er nicht lange untersuchen, sondern vielmehr als Fragen, die von andern oder ihm selbst bereits gelöst sind, vortragen soll.

§. 4. Die vierte Klasse besteht aus Gewissensfällen. Bei diesen begnüge man sich mit gewissen allgemein-gültigen Moralprinzipien, über welche man theologische Untersuchungen anzustellen pflegt, und übergehe jene genauere und ins einzelne gehende Erklärung der Gewissensfälle.

10. Wenn der h. Thomas mitunter die nämliche Schwierigkeit in mehrere Artikel und gar in mehrere Quästionen verteilt, so kann der Professor, um das nämliche nicht an zwei Stellen zu wiederholen, jene Artikel in einen einzigen Traktat oder, wo die Sache selbst keiner längeren Erklärung bedarf, in einen gedrängten Auszug zusammenziehen, wie im Anhange zu den vorliegenden Regeln im Kataloge der theol. Fragen noch genauer angegeben ist. Nur übergehe man nichts, was in den einzelnen Artikeln eine Erklärung verdient.

10. Wenn mitunter eine Frage zu mehreren theologischen Traktaten gezogen werden kann, so sehe der Professor genau nach, ob die Frage, welche er im laufenden Jahre für seine Traktate behandeln zu müssen glaubt, nicht vielleicht seinen Hörern schon früher im nämlichen Kurs erklärt worden sei; damit nicht ebendasselbe zum Überdrusse der Hörer und mit Zeitverlust öfter wiederholt werde.

Artic. 8. Thomae quom. explicandi.

11. Faciles percurrant[1] articulos. Itaque praelecto titulo, mox vel indicent breviter conclusionem S. Thomae, vel dicant: S. Thomas respondet negando vel affirmando. In difficilioribus vero progrediantur hoc fere modo atque ordine:

11. Sicubi ipsa S. Thomae Summa in scholis explicetur, providendum, ut suppleantur quae, a S. Thoma non pertractata, his temporibus necessaria maxime sunt. Faciles S. Doctoris articuli percurrantur. In his, praelecto titulo, mox vel indicetur breviter conclusio S. Thomae, vel dicatur: S. Th. respondet negando vel affirmando. In difficilioribus vero progrediendum erit hoc fere modo atque ordine:

Explicetur primum articuli titulus, si quid habet obscuritatis; tum exponatur distinctio, si qua est, ex cujus membris conclusiones nascuntur; mox conclusio primaria S. Thomae atque aliae deinceps ponantur, singulisque conclusionibus, nisi perspicuae sint, adjiciatur aliqua ejusdem ratio, quae etiam ita explicetur, ut intelligant auditores, in distinctionibus ac rationibus S. Thomae majorem inesse vim, quam prima fronte aliquando videatur.

Longiores tractatus non instituendi.

12. Explicato quolibet articulo, si res exigat, quaestionem instituat, non tamen longiorem ullum tractatum, nisi in iis materiis, quae vel in S. Thoma non habentur, vel habentur quidem, sed utilius explicantur compendio.

Aut defendendus S. Th., aut q. omittenda.

13. Non satis est Doctorum sententias referre, suam reticere; sed defendat opinionem S. Th., ut dictum est, vel quaestionem ipsam omittat.

Disputationes menstruae.

14. In disputationibus menstruis, quibus totidem defendent, quot fuerint Praeceptores, terni fere ante meridiem argumententur, totidem post meridiem, quilibet adversus omnes defendentes, et quidem, si nihil impediat, qui mane responderit primo loco, a prandio secundo respondeat.

[1] m. pecurrat et sic deinceps num. sing.

11. Leichte Artikel durcheile er rasch. Er lese daher den Titel vor und gebe darauf kurz den Satz des h. Thomas oder sage: Der h. Thomas antwortet mit Nein oder Ja. Bei schwierigeren Fragen aber gehe er ungefähr in folgender Weise und Ordnung voran:

11. Wenn irgendwo die Summa des h. Thomas selbst erklärt wird, mufs er sorgen, das, was vom h. Thomas nicht behandelt, aber in der Gegenwart überaus nötig ist, zu ergänzen. Leichte Artikel durcheile er rasch: er lese ihren Titel vor und gebe darauf kurz den Satz des h. Thomas oder sage: Der h. Thomas antwortet mit Nein oder Ja. Bei schwierigeren Fragen aber gehe er ungefähr in folgender Weise und Ordnung voran:

Zuerst erkläre er den Titel des Artikels, wenn er etwas dunkel ist; dann setze er vorkommenden falls die Distinktion auseinander, aus deren Gliedern sich die Schlufssätze ergeben; dann trage er den Hauptschlufssatz des h. Thomas und der Reihe nach die übrigen vor, und gebe zu jedem Schlufssatze, wenn derselbe nicht ganz durchsichtig ist, einen tieferen Grund an, der gleichfalls so zu erklären ist, dafs die Zuhörer erkennen, es sei in den Distinktionen und Gründen des h. Thomas eine viel gröfsere Beweiskraft, als bisweilen beim ersten Anblicke scheint.

12. Ist ein Artikel erklärt, so stelle er die wissenschaftliche Untersuchung desselben an, mache aber daraus keine längere Erörterung, aufser bei jenen Gegenständen, die entweder beim h. Thomas nicht vorkommen, oder zwar vorkommen, aber mit gröfserem Nutzen in kürze erklärt werden sollen.

13. Es ist nicht genug, die Meinungen der grofsen Theologen zu nennen und die eigene zu verschweigen, sondern man verteidige die Ansicht des h. Thomas, oder übergehe die Frage selbst.

14. Bei den Monatsdisputationen sollen ebensoviele defendieren, als es Professoren sind; etwa drei sollen vormittags, ebensoviele nachmittags objizieren, und zwar ein jeder gegen alle Defendenten; nur soll der, welcher morgens an erster Stelle defendierte, es nachmittags (zur Erholung) an zweiter Stelle thun.

Catalogus aliquot quaestionum [Summae theol. S. Thomae].

Vorbemerkung. Der folgende Katalog (s. oben n. 10) fehlt in der R. st. von 1832; er wurde zu dem Zwecke angelegt, Wiederholungen des früher schon Gelehrten in den theologischen Vorlesungen zu vermeiden (s. oben n. 9. §. 1 – 4.). Da er nur für den Theologen vom Fach verständlich ist, so können wir füglich von der deutschen Übersetzung absehen.

Ex prima parte S. Thomae.

Q. 1. a. 1. Nihil hic de potentia neutra. Utrum insit homini naturalis appetitus ad claram Dei visionem, differatur in 1 II q. 3. art. 8. vel q. 5. a. 8.

a. 2. Quae pertinent ad naturam scientiae et ad subalternationem scientiarum non disputentur hic, sed supponantur ex Logica.

a. 3. Non tractetur hic de rationibus formalibus objectorum scibilium, neque an scientia sit unus simplex habitus et qualitas in genere, haec enim Philosophorum sunt; sed his suppositis sufficit quaerere, an Theologia ex aliqua ratione peculiari sit unus habitus et una simplex qualitas.

a. 4. Non disputentur, sed supponantur quae dici solent de speculativo et practico, ut sunt differentiae scientiarum.

a. 5. Non tractetur, quid sit certitudo assensus, quid firmitas, quid veritas, quid evidentia et quotuplex; sunt enim Logicorum.

a. 9. An decuerit Scripturam abundare metaphoris et parabolis, et an sacrae literae apertae et clarae sint, relinquantur lectori Scripturae et Controversiarum, sicut etiam tractatus de sensibus Srcipturae.

q. 2. Non explicetur, sed ex Logica supponatur, quid et quotuplex sit propositio per se nota et immediata; nec rationes S. Thomae, quibus demonstrat Deum esse, confutentur, sed potius corroborentur.

q. 3. a. 1. An aliquod corpus moveat immotum, et an vivens nobilius sit non vivente, et an Aristoteles recte probaverit, Deum esse incorporeum, relinquatur Philosophis.

a. 2. Nihil hic de principio individuationis.

a. 3. Non tractetur[1] de distinctione suppositi et naturae; pertinet enim ad III. p. q. 3. a. 3. Quomodo autem distinguantur in creaturis esse et essentia, relinquatur Metaphysico.

[1] pr. et n. „agatur".

In quaestione, an Deus sit in praedicamento, rescindantur quae sunt propria Philosophorum. Quaestio vero, an Angeli et Coeli sint in praedicamento, tota Philosopho relinquatur. a. 4.

An simplicitati divinae repugnet Personarum et Relationum pluralitas, non tractetur hic, sed infra q. 28. a. 2. a. 7.

An aliqua perfectio, quae formaliter sit in Deo, libere ei conveniat, differatur in q. 19. a. 2. An autem Relatio divina secundum se sit aliqua perfectio, remittatur ad materiam de Trinitate q. 4. a. 1.

Praetermittatur et ex Metaphysica supponatur, quid sit bonum. q. 5.

Quid Aristoteles senserit de Dei infinitate, relinquatur Philosopho. q. 7. a. 1.

An creari possit aliquid infinitum in quantitate vel in qualitatibus naturalibus, Philosophi est disputare, sicut et de infinito in genere substantiae; cum tam hoc quam illud infinitum esse creabile, iisdem fere argumentis probari soleat aut oppugnari. An autem possibile sit infinitum in qualitatibus supernaturalibus, a Theologo disseratur, sed in 2 II q. 24. a. 7. tantummodo. a. 2. 3. 4.

De ubiquitate humanitatis Christi non tractetur[1] hic, sed in III. parte q. 2. q. 8.

An Angeli et Coeli sint entia necessaria et immutabilia, non est quaestio Theologi, sed Metaphysici. q. 9.

De uno, ut est passio entis, nihil dicat Theologus, cum sit metaphysica res. q. 11.

An repugnet in subjecto quanto inhaerere accidens spirituale, vel in subjecto immateriali accidens corporale, differatur in materiam de Eucharistia. a. 3.

Tractare de inaequalitate praemiorum, sicut et meritorum, pertinet ad 1 II q. 4. a. 2. a. 6.

De cognitione beatifica animae Christi non disputetur hic, sed in III. parte. a. 8.

An puro viatori possit communicari evidens notitia abstractiva articulorum fidei, non hic disputandum est, sed supra q. 1. a. 1. a. 12.

De distinctione attributorum et essentiae nihil hic repetatur, sed de ea supra disputatum est q. 3. q. 13. a. 3 sq.

Non disputetur de analogia entis, cum spectet ad Metaphysicum. a. 5.

Nihil hic dicatur de relationibus in genere, cum id metaphysicae speculationis sit. a. 7.

[1] pr. et n. „agatur".

a. 8.—12. Modi, quibus sumitur nomen Dei, et ea, quae dici solent de nomine Tetragrammato יְהוָה relinquantur interpreti Scripturae.

q. 16 sq. Disputatio de vero et falso metaphysici negotii est.

q. 19. a. 9. 12. An Deus sit causa peccati, et an teneamur voluntatem nostram divinaeconformare, pertinent ad 1 II. — — Non moretur Theologus in explicanda Peripateticorum aliorumque Philosophorum sententia de Providentia Dei.

q. 23. a. 1. Ad quem finem ordinaretur homo, si non esset finis supernaturalis, non disputetur hic, sed in 1 II q. 2.

a. 3. Quid agendum sit ei, cui sua damnatio revelaretur, non tractetur hic, sed in materia de spe.

a. 5. De praedestinatione Christi, et quomodo Christus sit causa nostrae praedestinationis, relinquatur III. parti.

q. 24. Disputatio de libro vitae, qua parte scholastica est, explicetur; caetera pertinent ad interpretem Scripturae.

q. 25. An actio sit in agente ut in subjecto, quaestio Physicorum est, non Theologorum.

a. 1. An Deus per se solum possit efficere rem, quae est peccatum, pertinet ad 1 II; sicut ad 2 II: an possit per se vel per alium dicere falsum.

a. 6. Nihil hic de beatitudine in genere, vel de nostra.

q. 26 a. 1.[1] De verbo mentis nihil aliud tractetur, quam: an producatur ab intellectu nostro ut terminus actionis, et quomodo ab ea distinguatur.

a. 3. An notitia concurrat active ad actum voluntatis, ad 1 II. pertinet.

q. 29. Quid suppositum addat supra naturam singularem, pertinet ad III. partem.

q. 32. An evidenter dilui possint argumenta contra mysterium Trinitatis, pertinet ad credibilitatem articulorum fidei, de qua agitur in 2 II q. 1. a. 4.

a. 4. De varia censura et qualitate propositionum non disputetur hic, sed in materia de fide.

q. 39. Non disputetur hic, quomodo Persona divina distinguatur ab essentia, si q. 28. tractatum[2] fuit de distinctione Relationum et essentiae.

q. 43. De visibilibus signis, in quibus apparuit Spiritus sanctus, commodius disputare potest interpres Scripturae. — — Idem de

[1] m. „q. 27. a. 1“.

[2] pr. et n. „actum“

apparitionibus visibilibus, quae in veteri seu novo testamento tribuuntur Deo, an fuerint factae immediate per Deum, an per Angelos.

An motus Angelorum possit fieri in instanti, supponit multa philosophica, quae hic non tractentur. Id quod etiam servetur in iis, quae disputantur q. 54. a. 1. et 3. q. 53.

Ex prima secundae.

Hic nihil aut brevissime disserendum est de deliberata voluntate, de consensu perfecto et imperfecto, et quid sit hominem esse dominum suarum actionum: haec enim locum suum habent inferius. Item nihil hic dicatur de causalitate finis, est enim quaestio physica. q. 1. a 1.

An Deus agat propter finem, pertinet ad I. partem in materia de voluntate Dei. — Item utrum natura agat propter finem, quaestio philosophica est. a. 2.

Cavendum est, ne hic et inferius eadem quaestio disputetur, nempe: Utrum actus hominis recipiant speciem a fine. Leviter igitur hic attingatur et plene disseratur inferius. a. 3.

Quomodo bonum sit sui diffusivum, non disputetur hoc loco. a. 4.

Vel omittatur vel compendio exponatur, cum tota in Ethicis Aristotelis contineatur. q. 2.

An Deus videatur a beatis visione Dei increata, hic explicetur, non in I. parte. q. 3. a. 1.

An habitus sit melior suo actu, non videtur hic explicandum, cum sit quaestio philosophica et inferius habeat suum locum. a. 2.

De perfectione sensuum in corpore glorioso ejusque dotibus hic et q. 4. a. 6. aliquid dicatur, si vacat, cum ad materiam de novissimis non perveniatur. Item an Deus videri possit per aliquem sensum seu sensitivam notitiam, non hic, sed in I. parte disputetur. a. 3.

In quo consistat summa miseria damnatorum, non explicetur hoc loco, sed inferius, ubi de poena peccati agitur. a. 4.

Nihil dicatur de intellectu practico et speculativo, nec de praxi et speculatione. a. 5.

De objecto intellectus, et utrum anima naturaliter possit cognoscere substantias separatas, relinquatur Philosophis. a. 7.

Quicquid hic disseri solet de differentia delectationis, amoris et fruitionis[1] differatur in quaest. de frui et uti. Item an cum q. 4. a. 1

[1] pr. et n. „et amoris fruitionis“.

visione Dei possit aliquo modo stare tristitia, rejiciatur in III. partem, ubi quaeritur, an Christus secundum rationem superiorem passus sit.

a. 2. An delectatio quaeratur propter operationem, an contra, tractetur in Ethicis; hic vero nihil vel brevissime.

a. 5. An animae Sanctorum a corporibus separatae statim Deum videant, hic tractetur, non in I. parte.

q. 5. a. 3. Relinquatur fere I. parti totus.

a. 5. Nihil dicatur de merito aut de necessitate luminis gloriae.

a. 8. An vero appetitu ordinato magis appetat damnatus non esse, quam sic esse, pertinet ad quaestionem de poena peccati.

q. 6. a. 1. Non disseratur hoc loco de libero arbitrio contra haereticos, sed in materia de gratia.

a. 2. Unde proveniat, quod homo sui compos sit proprie liber et dominus suorum actuum, tractetur infra in quaestione de electione.

a. 3. Nihil dicatur de pura omissione.

a. 4. Disputetur hic, an voluntas possit cogi, non autem an possit necessitari, quia de hoc inferius tractandum est.

a. 6. Quomodo metus irritet matrimonium, votum, juramentum et contractus, reservetur 2 II vel[1] III. parti.

a. 8. Difficultates de ignorantia reserventur in q. 76.

q. 7. Plenior consideratio circumstantiarum non est hujus loci, cum de illis saepe inferius disserendum sit.

a. 4. Nihil hic disseratur de praescientia seu praedefinitione actuum liberorum, neque de gratuita motione, qua Deus movet voluntatem humanam.

q. 11. Non videtur hic quicquam disserendum de objecto spei, neque an possit beatus frui divina essentia, non fruendo Personis, vel una Persona et non aliis; hoc enim pertinet ad I. partem.

q. 12. a. 3. Non tractetur, utrum intellectus possit simul multa intelligere.

q 15. De consensu formali vel interpretativo, et an pertineat ad rationem superiorem, inferius tractandum est.

q. 17. Quomodo ratio imperet membris externis, nempe despotice an politice, disputare Philosophi moralis est; breviter igitur hoc loco expediatur.

a. 9. Utrum in homine existente in gratia detur aliquis actus indifferens ad meritum et demeritum, disputetur in materia de merito.

[1] m. „et".

Praetereantur ea, quae pertinent ad confessionem circumstantiarum. — Haec difficultas repetitur in materia de peccatis, quare in eum locum reservetur. a. 11.

Difficultates hujus articuli differantur in materiam de merito. q. 20. a. 5.

Quaestiones, quae sunt inter 21. et 71. omitti possunt. Explicentur tamen pauca de habitibus et de virtutibus in genere. q. 21. a. 4.

Quomodo peccatum virtutes, praesertim infusas, expellat, non hic explicetur, sed in 2 II, in materia de caritate. q. 71. a. 4.

Nihil hic de distinctione mortalis et venialis. a. 5.

Haec difficultas satis explicata manet ex q. 18. a. 5. a. 8.

Non descendatur ad casus particulares de scandalo vel restitutione; neque hic tractetur, utrum is, qui alium ad peccatum inducit, gravius peccet, quam qui occidit; pertinet enim ad materiam de scandalo. q. 73. a. 8.

Nihil dicatur de immediato Dei concursu cum secundis causis. q. 79.

Immaculata Conceptio B. Mariae non est hujus loci, sed III. partis, ubi etiam, dum de ejusdem sanctificatione agitur, tractetur quoque de fomite, et quomodo ligetur aut tollatur. q. 81. a. 3.

Quomodo natura lapsa differat a puris naturalibus, tractetur in materia de gratia. q. 85.

Quomodo Deus peccata patrum puniat in filiis, relinquatur interpreti Scripturae. a. 8.

Expositio S. Pauli relinquatur lectori Scripturae. q. 89. a. 2.

De primis motibus sensualitatis in infidelibus satis esse videntur quae superius de primis motibus dicta sunt. Utrum autem omnia opera infidelium sint[1] peccata mortalia, differatur in 2 II q. 10. a. 4. a. 5.

Non disputetur hic, utrum peccent qui poenae metu legem servant; nec utrum Deus peccata permittat, an velit. q. 92.

Quaestiones 101. sq. 104. sq. et expositio S. Pauli in q. 89. a. 2. praetereantur, cum Scripturarum sint.

Materia hujus articuli differatur in q. 114. a. 7. a. 5.

Non disputetur hic de macula peccati, nec de reatu poenae, nec de corruptione boni naturalis, nec de aliis hujusmodi, quae in materia de peccatis explicata sunt. a. 7.

An gratia ponat aliquid in anima, vel hic tractetur, vel in q. 113. de justif. a. 2. q. 110.

Nihil hic dicatur de causalitate Sacramentorum circa gratiam. q. 112. a. 1.

[1] pr. et n. „sunt“.

a. 2. Utrum gratia primi hominis et Angelorum in eorum creatione data fuerit, supposita ipsorum dispositione, non hic tractetur, sed in I. parte.

a. 3. Non videtur hic agendum de contritione continuata Cajetani, vel de intensione Scoti, pertinent enim ad materiam de poenitentia.

q. 113. a. 4. De necessitate fidei in Christum ante vel post Evangelium promulgatum non disputetur, nisi in 2 II.

a. 7. Utrum augmentum gratiae detur in principio, an in fine actionis meritoriae, et utrum, si operatio meritoria successiva sit, ipsa etiam gratia successive augeatur, melius reservantur in quaestionem de augmento caritatis in 2 II.

a. 8. De numero et ordine et necessitate omnium actuum, qui concurrunt ad justificationem, hic disputetur, non in materia de Poenitentia.

q. 114. a. 6. Nihil hic de merito Christi dicatur, cum pertineat ad III. partem.

a. 3. Utrum per quaelibet opera augeatur gratia et caritas, reservetur in materiam de caritate in 2 II.

Ex secunda secundae.

q. 4. a. 3. Non tractetur hic, sed infra in materia de caritate, an caritas sit forma omnium virtutum in genere.

a. 6. Disputetur hic, an fides sit unus habitus; non tamen, an sit simplex qualitas.

q. 5. a. 1. Nihil de fide Angelorum in genere, de hac enim in materia de Angelis; sed hic tantum, an fuerit fides in primo Angelo, si erat ei evidens, Deum esse qui loquebatur et revelabat ei mysteria.

q. 6. Nonnisi brevissime, quia difficultas in materia de gratia tractatur.

q. 10. a. 2. Quaestio de baptizandis pueris infidelium reservetur in materiam de Baptismo.

q. 12. Hic non fiant longi tractatus de potestate Ecclesiastica et civili.

q. 23. a. 2. Materia hujus articuli non hic discutienda, sed in quaestionibus de gratia, ubi etiam de distinctione caritatis et gratiae; sed an caritas sit virtus specialis, hic in art. 4.

q. 26. Nihil hic de contritione, sed tantum, an Deus sit summe diligendus intensive, seu solum aestimative; quod in materia de Poenitentia non repetatur.

In materia de merito non hic disputetur, utrum retributio meritorum apud Deum sit secundum justitiam commutativam, an distributivam. q. 61.

Ex tertia parte.

Nec de potentia obedientiali videtur hic agendum nisi obiter, cum pertineat ad I. partem in quaestione de omnipotentia Dei; nec de Incarnationis possibilitate, de qua tamen, si quid hic agendum videretur, non repetatur in q. 2.; nec de distinctione suppositi et naturae, sed remittatur ad q. 3. a. 3. Tandem an sit de ratione boni, se actu communicare, pertinet potius ad I. partem, in q. de bonitate Dei, vel in q. de libero arbitrio Dei. q. 1. a. 1.

Quomodo nos satisfaciamus pro peccatis, et quomodo satisfactio nostra nitatur satisfactioni Christi, differatur in materiam de Poenitentia. a. 2.

An in Deo sint tres Subsistentiae, et an essentia secundum se subsistat, an per Relationes, non hic disputetur, sed supponatur ex I. parte in materia de Trinitate; utrum autem possit unum essentialiter dependere a multis dependentia causali, supponatur ex Philosophia. q. 2.

Non disputetur de esse objectivo contra Scotum, sed supponatur ex I. parte, in qua de scientia Dei. q. 4. a. 4.

An virtus heroica differat specie a virtute communiter dicta, supponatur ex Philosophia morali, vel ex 1 II. q. 7.

An humanitas Christi active concurrat ad infusionem gratiae et ad opera miraculorum, cum habeat eandem difficultatem cum Sacramentorum causalitate, ideo, ne saepe repetatur idem, possunt ista conjungi et simul tractari in materia de Sacramentis in genere. Ex iis tamen, si quis voluerit nonnihil in hac 8. q. attingere ad explicandum instrumentarium humanitatis concursum, hoc, quicquid attigerit, nullo modo repetat in materia de Sacramentis. q. 8. a. 1.

Non videtur disputandum, qui sint aut non sint membra Ecclesiae, cum id pertineat ad materiam de Ecclesia. a. 2 sq.

An intelligere divinum possit communicari animae Christi, pertinet ad 1 II q. 3. a. 1. q. 9. a. 1.

Ea, quae ad cujusque beati statum pertinent, quando et quomodo videantur, non tractetur hic, sed in I. parte, sicut et reliqua, quae pertinent ad visionem Dei in communi. q. 10. a. 2.

q. 11. a. 1. An viator possit habere notitiam evidentem abstractivam Trinitatis, non huc pertinet, sed ad I. partem.

a. 5, Quicquid de habitu hic disputari solet in communi, supponatur ex Philosophia vel ex 1 II.

q. 18. a. 4. Quae actiones dicantur humanae, quae non humanae, quaestio est 1 II.

q. 22. De Christi sacrificio incruento in Coena et de ratione sacrificii et hostiae in communi, commodius disputatur in materia de Eucharistia et Missa; item de sacerdotio Melchisedech, et ut fuit figura Christi, melius est, ut disputet interpres Scripturae.

q. 24. Non repetantur hic quae pertinent ad praedestinationem hominum et Angelorum.

q. 25. Omittenda videntur, quae hic nonnulli tractant de phantasticis imaginibus et variis daemonum illusionibus.

Caeterae quaestiones de Incarnatione possunt omitti praeter sex fere: quarum prima sit de officio Mediatoris, ubi etiam aliquid de invocatione Sanctorum dicendum est. — Secunda de Conceptione B. Mariae. — Tertia de miraculis Christi, propter quosdam haereticos nostri temporis, qui vim miraculorum Christi, quantum possunt, elevare conantur. Disputare autem de miraculis in genere, et quae possibilia sint Deo, pertinet ad q. de omnipotentia Dei in I. parte; nulli vero creaturae esse possibilia, fere disputatur in materia de Angelis. — Quarta, an sint in Christo duae Filiationes; sed non disputetur in genere, num una numero relatione possit quippiam referri ad duos terminos. — Quinta, an ratio superior sit passa in Christo. — Sexta de descensu Christi ad inferos contra Calvinum.

De Sacramentis in genere.

q. 60. Quaestio, an Sacramentum sit in aliquo praedicamento, non videtur admodum digna Theologo.

q. 61. Utrum semper, etiam in lege naturae, fuerit necessaria fides, non huc pertinet, sed ad 2 II.

q. 62. Utrum Deus possit uti creatura tanquam instrumento ad creandum, potius est I. partis in materia de creatione.

De Baptismo.

De solemnitatibus et ceremoniis Baptismi breviter.

Nihil dicatur de cognatione spirituali in Baptismo contrahi solita, sed ad Matrimonium transmittatur.

De poena parvulorum sine Baptismo decendentium non tractetur hic, sed in materia de peccato originali in 1 II.

Sacramenta Confirmationis, Ordinis, Extremae Unctionis tractentur, prout vacaverit, plene vel breviter, aut etiam praetereantur, cum et faciliora sint, et habeatur in promptu unde peti possit. Ubicunque tamen propter haereticos ea tractatio videbitur necessaria, nequaquam omittatur.

De Eucharistia.

An quantitas distinguatur a substantia, Philosophis relinquatur, sicut et illud, de quo Scotus hic disputat: an accidens possit producere substantiam.

De figuris Eucharistiae multiplicibus earumque comparationibus vel nihil vel breviter.

De Poenitentia.

An repugnet, sine ulla infusione qualitatum supernaturalium vel sine ullo poenitentis actu justificari peccatorem, et an poenitere, sicut oportet, indigeat Dei auxilio gratuito, pertinent ad 1 II de justificatione. Illic etiam agendum est, non hic, de ordine inter dispositionem et infusionem gratiae.

An in peccatore post peccatum transactum aliquid aliud remaneat praeter obligationem ad poenam, supponatur ex 1 II in materia de peccato.

Utrum poena damni sit eadem in omnibus damnatis, pertinet potius ad materiam de peccatis et eorum effectibus.

Quaestiones de restitutione, de eleemosynis, de jejunio, de oratione, de correptione fraterna remittantur ad 2 II.

Multa etiam, quae ad casus conscientiae spectant, relinqui possunt, ut superius annotatum est.

De Matrimonio.

Omittendum videtur quod a quibusdam hic tractatur, an virginitas sit virtus, et qualis virtus.

An maleficium maleficio possit dissolvi, pertineret sane ad 2 II; sed quoniam ad eum locum raro pervenitur, et maleficium inter matrimonii impedimenta numeratur, commodius hic videtur collocandum.

De substantia voti, tam simplicis quam solemnis, tractandum potius videtur in 2 II quam hic.

Regulae
Professoris Historiae Ecclesiasticae.

Die neue R. st. von 1832 fügt diese und die folgenden Regeln hier ein. Sie fehlen in der alten R. st., weil im 16. Jahrh. die Kirchengeschichte nur gelegentlich bei der theoretischen Theologie vorkam, u. das Kirchenrecht für die Theologen noch nicht obligat war, wenn uns auch Professoren des Kirchenrechts an manchen Kollegien, z. B. Bamberg u. Mainz, begegnen.

Finis.

1832. 1. Eo consilio eaque solertia Ecclesiae historiam pertractare studeat, ut suis auditoribus theologiae studium facilius reddat, et fidei dogmata et canones eorum mentibus altius imprimantur.

Historiae subsidia adhibenda.

2. Illud imprimis curet, ut omnia clare et accurate exponat, ad quod juvabit chronologiae et geographiae notiones in memoriam revocare.

Quae tractanda.

3. Ex unoquoque seculo illa omnia, quae necessaria et opportuna videbuntur, explicet, leviora praetereat vel obiter attingat. In rebus vero majoris momenti indicet etiam auctores, qui eas solide et copiose explanarunt, ut illos discipuli consulere possint.

Jura ecclesiae defendenda.

4. Accurate demonstret jura Ecclesiae ejusque Capitis antiquitati esse innixa, ostendatque, mera esse commenta, quae de novitate hujusmodi jurium novatores scripserunt.

Fontes sinceri adeundi.

5. E fontibus sinceris hauriat quod tradit, auctorum ipsorum verbis, si facile fieri potest, utatur; illos vero a novatoribus saepe fuisse corruptos ostendat.

Quae critica adhibenda.

6. In examinanda scriptorum factorumque auctoritate artem criticam adhibeat omnibus quidem praejudiciis liberam, sed eandem tamen aequam ac moderatam.

Dogmatibus et canonibus non immorandum.

7. Quaestiones, quae ad dogma vel ad canones pertinent, ipse non tractet, sed propriis Professoribus relinquat; ad se autem spectare sciat illas historice tantum percurrere et factis ipsis comprobare.

Disciplinae eccles. vicissitudines indicandae.

8. Declaret, quomodo Ecclesia in seculorum decursu quaedam, quae disciplinam suam spectant, constanter servaverit, quaedam pro necessitate et utilitate fidelium sapienter mutaverit.

Historia particularium ecclesiarum.

9. Ad ecclesias particulares, concilia nationalia et provincialia descendat, quantum necessitas exigit. Antiquitates vero,

Regeln
des Professors der Kirchengeschichte.

1832. **1.** Er suche die Kirchengeschichte in der Absicht und mit solcher Gewandtheit zu behandeln, dafs er seinen Zuhörern das Studium der Theologie erleichtern und ihnen die Glaubenslehren und die Canones desto tiefer einpräge.

2. Er sei insbesondere für eine klare und genaue Darstellung besorgt; hiezu wird es beitragen, wenn er die Chronologie und Geographie zugleich dem Gedächtnis einprägt.

3. Aus jedem Jahrhundert erkläre er alles das, was nötig und nützlich erscheint; das minder Wichtige übergehe er oder berühre es kurz. Bei wichtigeren Ereignissen aber zitiere er auch die Schriftsteller, welche dieselben gründlich und erschöpfend behandeln, damit die Schüler eingehendere Studien machen können.

4. Er beweise scharf, dafs die Rechte der Kirche und ihres Hauptes auf uraltem Herkommen beruhen, und zeige, dafs die Behauptungen der Neuerer über den späten Ursprung solcher Rechte eitle Erfindungen sind.

5. Er schöpfe seine Geschichtsdarstellung aus lautern Quellen und gebrauche, wenn es leicht geschehen kann, wörtlich die Angaben der Auktoren; er zeige, wie die Neuerer oft jene ursprünglichen Angaben verdreht haben.

6. Bei Erforschung der Glaubwürdigkeit der Schriftsteller und der Thatsachen gebrauche er die Kritik, die zwar von allen Vorurteilen frei, aber zugleich auch billig und mafsvoll sein mufs.

7. Fragen aus der Glaubenslehre und dem Kirchenrechte behandle er selbst nicht, sondern überlasse sie den betreffenden Professoren, betrachte es aber gleichwohl als seine Aufgabe, dieselben nur geschichtlich zu durchgehen und durch die Thatsachen selbst zu beweisen.

8. Er zeige, wie die Kirche im Verlaufe der Jahrhunderte gewisse Teile ihrer Disciplin standhaft festgehalten, andere Teile je nach dem Bedürfnis und Nutzen ihrer Gläubigen weise verändert hat.

9. Auf die Einzelkirchen, National- und Provinzialkonzilien gehe er insofern ein, als es durchaus nötig ist. Dagegen soll er die

concilia et alia ad regionem, ubi Professor docet, spectantia explicare oportebit.

Cursus universi duratio.

10. Cursus universus intra biennium, si fieri potest, coarctetur, aut certe quadriennium non excedat.

Repetitiones et praelectiones.

11. Historiae repetitiones saltem decimo quinto die fiant, prout Rector statuerit: et cum theologiae auditores menstruas disputationes habent, propositionem de historia vel disciplina ecclesiastica conclusionibus semper adjungant, vel dissertationem scripto exaratam praelegant, adversus quam etiam aliqui argumententur.

Regulae
Professoris juris canonici.

Finis.

1832. 1. Ejus scopus praecipuus sit rite explicare leges ecclesiasticas et, quantum opus est, defendere earum justitiam et auctoritatem.

Quaestionum distributio.

2. Biennio fere cursum absolvat, ita ut pro more regionum uno anno lib. I., II. et V. decretalium, altero lib. III. et IV. explicet; vel consimili divisione uno anno agat de personis, judiciis et poenis, altero de rebus.

Quom. immorandum quaestionibus dogmaticis et juris publ.

3. Licet illius cathedrae proprium non sit tractare quae ad theologiam et ad jus publicum pertinent, opportunum tamen est, ut in hujusmodi quaestionibus tantum haereat, quantum temporis ratio permittit, et recta canonum interpretatio pro locorum necessitate exigit.

Docendi modus.

4. Plerumque extra scholasticam formam quaestiones evolvantur, et opportunis locis casus aliqui subnectantur ab auditoribus solvendi.

Repetitiones, dissertationes.

5. Alternis saltem hebdomadibus habeatur repetitio, et menstruis disputationibus conclusio aliqua vel scripta dissertatio de jure canonico adjungatur.

Regulae Professoris
Casuum Conscientiae.
1599.

Regulae Professoris
Theologiae Moralis.
1832.

Finis.

1. Eo suam omnem operam atque industriam conferre studeat, ut peritos Parochos seu Sacramentorum administratores instituat.

Altertümer, Konzilien und andere Einzelheiten jener Gegend, wo er vorträgt, erklären.

10. Der ganze Kurs soll nach möglichkeit in 2 Jahren beendet sein, oder wenigstens nicht über vier Jahre gehen.

11. Wiederholungen aus der Kirchengeschichte sollen mindestens alle vierzehn Tage nach der Anordnung des Rektors stattfinden; wenn die Hörer der Theologie ihre Monatsdisputation halten, soll immer eine These aus der Geschichte oder Disciplin der Kirche beigefügt, oder eine schriftliche Dissertation, gegen welche dann einige als Objizienten auftreten, vorgelesen werden.

Regeln
des Professors des kanonischen Rechts.

1832. **1.** Sein Hauptzweck sei, die Kirchengesetze gehörig zu erklären, deren Rechtmäfsigkeit und Ansehen, soweit es nötig ist, zu verteidigen.

2. Ungefähr in zwei Jahren vollende er den Kurs, so dafs er nach Landesbrauch im ersten Jahre das 1., 2. und 5. Buch der Dekretalen, im zweiten das 3. und 4. erklärt oder in ähnlicher Einteilung im ersten Jahre von Personen, Gerichten und Strafen, im zweiten über (kirchl.) Sachen spricht.

3. Obgleich die Theologie und das öffentliche Recht seinem Lehrstuhle nicht angehören, so ist es doch zweckdienlich, auf solche Fragen insoweit einzugehen, als die zugemessene Zeit erlaubt, und die richtige Erklärung der Canones je nach örtlichem Bedürfnis erfordert.

4. Gemeiniglich entwickle er die Fragen nicht in scholastischer Form und flechte an gelegener Stelle einige Spezialfälle ein, um sie von den Schülern lösen zu lassen.

5. Wenigstens jede andere Woche sei Wiederholung und bei den Monatsdisputationen füge man entweder eine kanonistische These hinzu, oder lasse man eine Abhandlung über Kirchenrecht vorlesen.

Regeln des Professors der Kasuistik.

1599.

1. Er suche seine ganze Anstrengung und Lehrgewandtheit zu dem Zwecke aufzubieten, dafs er tüchtige Pfarrer oder Verwalter der Sakramente heranbilde.

Regeln des Professors der Moraltheologie.

1832.

Quaestionum distributio.

2. Unus Professor biennio explicet Sacramenta omnia et censuras et praeterea hominum Status atque Officia: alter biennio item Decalogum, in cujus septimo praecepto aget de Contractibus, semper leviter attingendo quae minoris momenti aut non ita propria esse videantur: ut v. gr. de Depositione, Degradatione, Magia et alia hujusmodi.

2. Primo anno explicet tractatus de actibus humanis, de conscientia, de legibus, de peccatis, de decalogo, excepto septimo praecepto; altero anno tractatus de septimo praecepto, in quo aget de contractibus, dein de Sacramentis, de censuris, de hominum statibus atque officiis; leviter semper attingendo quae minoris momenti aut non ita propria esse videantur.

A theologicis quatenus abstinendum.

3. Etiamsi a Theologicis rebus, quae vix ullam habent cum casibus necessariam connexionem, penitus abstinere necesse sit, aequum tamen est interdum Theologica quaedam, a quibus casuum doctrina pendet, brevissima definitione perstringere: ut quid character et quotuplex sit, quid peccatum mortale aut veniale, quid consensus, et horum similia.

Quaestionum ratio et modus.

4. Citra Scholasticum apparatum unaquaeque difficultas evolvatur per dubitationes et conclusiones, in quibus confirmandis seligantur ad summum duae tresve rationes; nec plus aequo auctoritates coacerventur; unicuique autem generali praecepto seu regulae subjiciantur exempli gratia tres circiter particulares casus.

Probabilis opinio significanda.

5. Ita suas confirmet opiniones, ut, si qua alia fuerit probabilis et bonis auctoribus munita, eam etiam probabilem esse significet.

Hebdomadaria disputatio.

6. Quolibet sabbato, praetermissa lectione, per duas horas, vel aliquanto minus, pro arbitrio Provincialis et discipulorum numero, de propositis conclusionibus disputetur in schola coram Magistro. In ea vero disputatione interrogationibus potissimum agatur, ut vel exigatur explanatio alicujus difficultatis, vel novus casus, mutata circumstantia aliqua, proponatur, vel alicui conclusioni opponatur canon seu doctor ex primariis, seu nonnulla brevis argumentatio, quo res plus habeat dignitatis, temperate tamen et longe infra philosophicam consuetudinem.

Tradenda sufficiens dogmatum notitia.

7. Cum illis, qui theologiae per quadriennium non vacant, sufficiens tamen dogmatum notitia tradi debeat ex decr. 16. Congr. XXI., ut utilem in sacro mini-

2. Der eine Professor erkläre in zwei Jahren alle Sakramente, die Zensuren und aufserdem die Stände und Standespflichten; der zweite gleichfalls in zwei Jahren den Dekalog, und bei dessen siebentem Gebote behandle er die Lehre von den Verträgen. Hiebei berühre man nur kurz das Minderwichtige oder Nebensächliche, wie z. B. Absetzung, Degradierung, Zauberei und dergl.

2. Im ersten Jahr erkläre er die Traktate von den menschlichen Handlungen, vom Gewissen, von den Gesetzen und Sünden, vom Dekaloge mit Ausnahme des 7. Gebotes; im zweiten Jahre die Traktate vom 7. Gebote und hiebei die Lehre von den Verträgen, dann von den Sakramenten, den Zensuren, den Ständen und Standespflichten. Hiebei berühre man immer nur kurz das Minderwichtige oder Nebensächliche.

3. Obgleich jene theologischen Gegenstände, die kaum einen wesentlichen Zusammenhang mit der Kasuistik haben, ganz bei seite zu lassen sind, so ist es doch bisweilen angezeigt, auch theologische Wahrheiten, welche der Lehre von den Gewissensfällen zu grunde liegen, in kürzester Fassung zu berühren; z. B. was und wie vielfach der Charakter, was die Tod- und die läfsliche Sünde, die Einwilligung sei und dergl.

4. Ohne scholastischen Apparat entwickle man jede Schwierigkeit in der Form von Zweifeln und Lehrsätzen; als Beweise wähle man höchstens zwei bis drei Gründe, man häufe nicht übermäfsig viele Auktoritäten zusammen; auf jedes allgemeine Gebot lasse man etwa drei Einzelfälle als Beispiele folgen.

5. Er beweise seine Entscheidungen so, dafs er auch die andere, die gleichfalls gute Gründe und tüchtige Gewährsmänner für sich hat, als wahrscheinlich gelten lasse.

6. An jedem Sonnabende falle die Vorlesung aus, und finde, je nach Gutfinden des Provinzials und gemäfs der Schülerzahl, eine zweistündige oder etwas kürzere Disputation über vorgeschriebene Thesen in der Schule und vor dem Professor statt. Bei dieser Disputation aber gehe man in der Form von Fragen vor, indem man entweder die Lösung einer Schwierigkeit fordert, oder neue Gewissensfälle mit etwas veränderten Nebenumständen vorlegt, oder gegen eine Entscheidung einen Kanon, einen sehr berühmten Theologen oder einen kurzen Beweis anführt, damit diese Übung würdevoller werde. Jedoch gehe man mit mafs und nicht in der Strenge des philosophischen Argumentierens zu werk.

7. Da jene, welche der Theologie nicht vier Jahre widmen dürfen, doch eine genügende Kenntnis der Glaubenslehre nach dem 16. Dekrete der 21. GKgr. erwerben müssen, damit sie für Seelsorge nützlich verwendet

sterio laborem ponere possint, illud in universum tenendum est illi, qui ad hujusmodi compendium explicandum destinabitur: 1. Ut ea tradat, quae Provincialis judicio pro regionum ac temporum diversitate magis necessaria aut utilia videbuntur. 2. Ut non cum rigore scholastico in quaestionibus procedat, sed ad normam regulae quartae eas evolvat atque confirmet. 3. Ut habeat lectionem hujusmodi quotidie saltem per horam. 4. Ut repetitiones et exercitationes tum quotidianae tum hebdomadariae fiant, eodem fere modo, ac de moralibus dictum est supra reg. 6.

Domesticae collationis forma.

7. Si ipse domesticae casuum collationi a Rectore ex Provincialis praescripto praeficiatur, **8.** Si ipse theologiae moralis Professor casuum collationi a Rectore ex Provincialis praescripto praeficiatur, hunc ordinem teneat. Primum materiam aliquam, de qua disserendum sit, proponat et interdum etiam aliquid pertinens ad usum, ut de modo interrogandi poenitentem, remedia ac poenitentias imponendi et horum similibus. Deinde ejus materiae praecipua capita ac fundamenta ipsemet aperiat breviter, ut generalem quandam notitiam ac tanquam lucem in omnes illius tractationis partes praebeat; tum de proposita materia tres quatuorve casus seligat, quos in collationum loco jubeat affigi, notato die, quo excutiendi sunt.

Privatum studium.

8. (1832: 9.) De his casibus propositis consulant aliqui privato studio singuli singulos auctores a Praeside distributos.

Exponendae et disputandae sententiae.

9. (10.) Postquam convenerint, primum utile esset a singulis, quid suus doctor habeat, quam brevissime referri; tum qui praeest interroget fere tres (quos satius est tempestive praemoneri et vicissim variari), quid sentiant de primo casu; postea ex his, quae dicta sunt ab illis, colligat ipse doctrinam tutiorem et probabiliorem; eodem deinde ordine casum secundum et reliquos deinceps eadem ratione excutiat. Illis casibus sic explicatis a Praeside quam

werden können, so mufs der Professor, welcher ihnen die abgekürzte Dogmatik vorträgt, im allgemeinen auf folgende Punkte achtgeben: 1. Er trage ihnen vor, was nach dem Urteile des Provinzials und nach Verschiedenheit von Ort und Zeit als nötiger und nützlicher erscheint; 2. er gehe bei seinen Untersuchungen nicht mit scholastischer Strenge voran, sondern entwickle und beweise die Dogmen nach der Anweisung der vierten Regel; 3. er halte täglich eine einstündige Vorlesung dieser Art; 4. in derselben Weise wie oben in der 6. Regel für den Moralisten gesagt ist, sollen tägliche und wöchentliche Repetitionen und Übungen stattfinden.

7. Wenn er selbst nach der Vorschrift des Provinzials bei der Konferenz über die Gewissensfälle präsidieren mufs,

so halte er folgende Ordnung ein.

8. Wenn der Moralprofessor selbst nach der Vorschrift des Provinzials bei der Konferenz über die Gewissensfälle präsidieren mufs,

Zuerst lege er einen Lehrpunkt, über den zu verhandeln ist, vor, bisweilen auch eine praktische Anwendung desselben, z. B. die Weise einen Beichtenden zu fragen, Heilmittel und Bufsen aufzulegen und dgl. Dann lege er selbst die hauptsächlichsten Gedanken und Grundlagen jener Materie kurz dar, um eine allgemeine Kenntnis und Beleuchtung über alle Teile jener Abhandlung zu verbreiten; hierauf wähle er über den vorliegenden Lehrstoff drei bis vier Einzelfälle aus und lasse sie am Orte der Konferenz mit Angabe des Tages derselben anheften.

8. (1832 : 9.) Über diese vorgelegten Casus mögen die einzelnen Moralschüler die vom Präses der Konferenz ihnen mitgeteilten Auktoren privatim nachstudieren.

9. (10.) Nach dem Zusammentritte der Konferenz wäre es angezeigt, dafs jeder Schüler in aller Kürze die Ansicht des ihm mitgeteilten Auktors angebe; dann befrage der Präses ungefähr drei, die man bei zeiten davon in kenntnis setzt, und mit welchen man abwechselt, um ihre Ansicht über den ersten Casus; hierauf schäle er selbst aus den angeführten Meinungen die sicherere und wahrscheinlichere Lehre heraus, und behandle der Reihe nach auch den zweiten und die übrigen Casus in gleicher Weise. Sind

brevissime et eo modo, qui servandus est in disputationibus casuum, proponantur iisdem de rebus dubitationes, respondente uno ex praemonitis, et ipso tandem, quid sentiendum sit, ad extremum edocente.

Extraordinaria collationum materia.

10. (11.) Si quid vero alicui occurrat extra ordinariam harum collationum materiam, deferatur, si nihil obstat, ad praesidem, ut in proxime futura collatione agitetur.

Regulae Professoris Philosophiae.

1599.	1832.
Finis. **1.** Quoniam artes vel scientiae naturales ingenia disponunt ad Theologiam et ad perfectam cognitionem et usum illius inserviunt, et per se ipsas ad eundem finem juvant, eas, qua diligentia par est, Praeceptor, in omnibus sincere honorem et gloriam Dei quaerendo, ita tractet, ut auditores suos, ac praecipue nostros ad Theologiam praeparet, maximeque ad cognitionem excitet sui Creatoris.	**1.** Quoniam philosophia ingenia disponit ad theologiam aliasque facultates, et ad perfectam cognitionem et usum illarum inservit, et per se ipsam ad intellectum excolendum et consequenter voluntatem perficiendam juvat, eam, qua par est diligentia, in omnibus sincere honorem et gloriam Dei quaerendo, Praeceptor ita tractet, ut auditores suos ad alias scientias, potissimum vero ad theologiam praeparet, contra novatorum errores armis veritatis muniat, maximeque ad cognitionem excitet sui Creatoris.
Sequendus Aristoteles, sed quatenus. **2.** In rebus alicujus momenti ab Aristotele non recedat, nisi quid incidat a doctrina, quam Academiae ubique probant, alienum; multo magis, si orthodoxae fidei repugnet: adversus quam, si quae sunt illius aliusve philosophi argumenta, strenue refellere	**2.** [Tempus.] Universam Philosophiam biennio[1] aut triennio absolvat, in quo voluntatem Provincialis exquiret, cujus erit id, quod in unoquoque Collegio expediat, providere.

[1] Die XXII. Kongr. (1853) setzte in ihrem 34. Dekrete wieder die dreijährige Dauer des philolosophischen Kurses fest, weshalb auch die in der oben folgenden Nr 3. angeführte Reihe der philos. Fächer geändert wurde.

dieselben nun so durchgegangen, so lege der Präses in kürze und nach der Art, wie bei den Disputationen über Gewissensfälle, Schwierigkeiten über die nämlichen Stoffe vor; einer von den vorher dazu Bestimmten antwortet, und schliefslich gibt der Präses selbst die richtige Meinung an.

10. (11.) Wenn aber jemandem eine Frage aufser den gewöhnlichen Konferenzgegenständen aufstöfst, so trage er sie, wenn sonst nichts im wege steht, dem Präses zur Behandlung in der nächsten Konferenz vor.

Regeln des Professors der Philosophie.

1599.	1832.
1. Weil die freien Künste und die Naturwissenschaften den Geist zur Theologie vorbereiten, zu deren vollkommenen Erfassung und praktischen Anwendung dienen und schon an sich zu diesem Zwecke helfen, so behandle sie der Lehrer mit der schuldigen Genauigkeit, suche in allem aufrichtig die Ehre und Verherrlichung Gottes, so dafs er seine Zuhörer, und besonders die Unsrigen, zur Theologie vorbereite und vorzüglich zur Erkenntnis ihres Schöpfers aufmuntere.	**1.** Weil die Philosophie den Geist zur Theologie und zu andern Fachstudien vorbereitet, zu deren vollkommenen Erfassung und praktischen Anwendung dient und schon an sich zur Ausbildung des Verstandes und folgerichtig zur Vervollkommnung des Willens beiträgt, so behandle sie der Lehrer mit der schuldigen Genauigkeit, suche in allem aufrichtig die Ehre und Verherrlichung Gottes, so dafs er seine Zuhörer zu andern Wissenschaften, besonders aber zur Theologie vorbereite, gegen die Irrtümer der Neuerer mit den Waffen der Wahrheit ausrüste und vorzüglich zur Erkenntnis ihres Schöpfers aufmuntere.
2. In irgend wichtigen Fragen weiche er nicht von Aristoteles ab, aufser wenn ihm etwas vorkommt, was der gewöhnlichen Lehre der Akademien widerspricht, noch viel mehr, wenn es gegen den wahren Glauben ist. Derartige Einwürfe des Aristoteles oder anderer Philosophen gegen den Glauben suche er nach dem Befehle des Lateran-Konzils gründlich zu widerlegen.	**2.** Die ganze Philosophie soll er in zwei oder drei Jahren absolvieren und hierin sich nach dem Wunsche des Provinzials erkundigen; letzterem steht es zu, das für jedes Kolleg Erspriefslichste anzuordnen.

studeat juxta Lateranense Concilium.[1] (Const. p. 4. c. 14. n. 3. et 5. — Congr. V. decr. 55.)

Auctores male de Christiana fide meriti.

3. Aristotelis interpretes male de Christiana religione meritos non sine magno delectu aut legat aut in scholam proferat, caveatque, ne erga illos afficiantur discipuli.

Averroës.

4. Eam ob rem nec Averrois (idem de ejusmodi aliis judicium) digressiones in separatum aliquem tractatum conferat et, si quid boni ex ipso proferendum sit, sine laude proferat, et, si fieri potest, id eum aliunde sumpsisse demonstret.

Nulli sectae inhaerendum.

5. Nulli sectae, ut Averroistarum, Alexandraeorum[2] et similium, vel se vel suos addicat; nec Averrois aut Alexandri aut caeterorum errata dissimulet, sed inde acrius deprimat eorum auctoritatem.

S. Thomas.

6. Contra vero de S. Thoma nunquam non loquatur honorifice: libentibus illum animis, quoties

3. [Divisio.] Primo igitur anno tradetur logica, metaphysica et mathesis; secundo physica et philosophia moralis; in tertio tractabuntur illae physicae ac metaphysicae quaestiones, quae aut tractatae in biennio non sunt aut ampliori explicatione indigent, et mathesis sublimior.

4. Nusquam vero cursus absolvatur, antequam venerint aut valde proximae sint vacationes, quae sub finem anni dari solent.

5. [Opinionum delectus.] In rebus alicujus momenti a doctrina, quam ubique Academiae probant, non recedat. Orthodoxam fidem pro viribus defendat, adversus quam, si qua sint cujusvis philosophi systemata et argumenta, strenue refellere studeat. Denique in opinionum delectu meminerit, theologiam facem praeferre debere.

6. [Auctores male de fide christiana meriti.] Philosophos male de christiana religione meritos non

[1] Gemeint ist das fünfte Lateranense unter P. Leo X., das in seiner 8. Sitzung (1513) beschloſs: „Omnibus et singulis philosophis in universitatibus studiorum generalium et alibi publice legentibus districte praecipiendo mandamus, ut, cum philosophorum principia aut conclusiones, in quibus a recta fide deviare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explanaverint . . , teneantur eisdem veritatem religionis Christianae omni conatu manifestam facere et persuadendo pro posse docere, ac omni studio hujusmodi philosophorum argumenta . . . excludere

3. Jene Erklärer des Aristoteles, welche es mit der christlichen Religion übel meinten, lese er nicht ohne grofse Auswahl vor oder bespreche er sonst in der Schule; er hüte sich, dafs die Schüler keine Neigung für sie fassen.

4. Deshalb stelle er einerseits die Abirrungen des Averroës (dasselbe gilt von andern derartigen Philosophen) nicht in einer eigenen Abhandlung zusammen, und anderseits soll er das etwaige Gute aus ihm ohne rühmende Erwähnung vorbringen, und wenn möglich zeigen, dafs es aus andern Quellen hergeholt sei.

5. Weder er noch seine Schüler sollen sich einer philosophischen Sekte, wie der Averroistischen, Alexandristischen[2] oder einer ähnlichen anschliefsen; noch verheimliche er die Irrtümer des Averroës oder Alexander oder der Übrigen, sondern setze deren Ansehen nur desto stärker herab.

6. Dagegen spreche er stets ehrenvoll vom H. Thomas: gern folge er ihm, so oft es angezeigt ist, und

3. Daher wird im ersten Jahre die Logik, Metaphysik und Mathematik, im zweiten die Physik und Moralphilosophie vorgetragen; im dritten Jahre behandelt man jene physikalischen und metaphysischen Fragen, die in den zwei ersten Jahren übergangen wurden oder einer weiteren Erklärung bedürfen, und die höhere Mathematik.

4. Nirgends aber werde der Kurs beschlossen, bevor die gewöhnlichen Ferien gegen Ende des Schuljahrs entweder angebrochen oder doch sehr nahe sind.

5. In irgend wichtigen Fragen weiche er von der überall auf den Akademien angenommenen Lehre nicht ab. Den wahren Glauben verteidige er nach kräften und suche gründlich die gegen denselben gerichteten philosophischen Systeme und Scheinbeweise zu widerlegen. Endlich vergesse er in der Wahl zwischen verschiedenen Meinungen nicht, dafs die Theologie voranleuchten müsse.

6. Jene Philosophen, welche es mit der christlichen Religion übel meinen, lese er nicht ohne

atque resolvere.“ Labbei et Cossartii S. J. Sacrosancta Concilia. Tom. 19, col. 842. (Fol. Venet. 1742.)

[2] Der Averroismus hatte sich in Norditalien, besonders in Padua, schon mit Peter von Abano († 1315) festgesetzt; im Laufe des 15. Jahrh. traten ebendaselbst die Alexandristen oder Alexandraei auf, als deren Stifter Petrus Pomponatius (1462—1524) gilt. Über dieselben s. Dr. A. Stöckl, Gesch. der Philos., Mz. 1870, S. 528 ff.

oporteat, sequendo; aut reverenter et gravate, si quando minus placeat, deserendo.

Philosophiae cursus non minor triennio.

7. Universam philosophiam non minus quam triennio praelegat, idque binis quotidie horis, antemeridiana una, altera pomeridiana, nisi aliter in aliqua universitate constitutum sit. (Const. p. 4. c. 15. n. 2.)

Quando absolvendus.

8. Ac proinde nusquam cursus absolvatur, antequam venerint aut valde proximae sint vacationes, quae sub anni finem dari solent.

Quae primo anno tradenda vel omittenda.

9. §. 1. Explicet primo anno Logicam, ejus summa primo circiter bimestri tradita, non tam dictando, quam ex Toleto seu Fonseca quae magis necessaria videbuntur explicando.

§. 2. In prolegomenis Logicae disputet tantum, an sit scientia, et de quo subjecto, et pauca quaedam de secundis intentionibus; plenam de universalibus disputationem differat in Metaphysicam, contentus hic mediocrem quandam eorum notitiam tradere.

§. 3. De praedicamentis etiam faciliora proponat, quae fere attinguntur ab Aristot., sine magno delectu aut legat aut in scholis proferat; caveatque, ne erga illos afficiantur discipuli. Si quid boni ex ipsis proferendum sit, sine laude proferat et, si fieri potest, id eos aliunde sumpsisse demonstret.

7. V. in vet. R. st. n. 6.

8. [Termini scholastici explicandi.] Quamvis eae fugiendae sint voces, quibus, quae res subjiciantur, facile intelligi non possit, sermonem tamen scholasticorum eos non ignorare necesse est, qui theologiae deinde vacabunt.

9. [Repetitiones quotidianae.] Tempore a Rectore constituto aliqui inter se (circiter deni) audita quotidie recolant per semihoram, uno aliquo ex condiscipulis e Societate, si fieri potest, singulis decuriis praeposito.

10. [Disputationes menstruae.] Disputationes menstruae fiant, in quibus defendens unam aut alteram conclusionem breviter et philosophice confirmabit, et praeter aliquem ex Professoribus, qui ad argumentandum invitabitur, discipuli superioris scholae primum disputent cum discipulis inferioris, dein discipuli ejusdem scholae inter se.

nur ungern und achtungsvoll weiche er von ihm ab, wenn er je weniger Gefallen an ihm findet.

grofse Auswahl vor oder bespreche er sonst in der Schule; er hüte sich, dafs die Schüler keine Neigung für sie fassen. Mufs er etwas Gutes aus ihnen vorbringen, so thue er es ohne Lob und zeige, wenn möglich, dafs es anderswoher entnommen ist.

7. Den philosophischen Kurs trage er in nicht weniger als drei Jahren vor, und zwar in täglich zwei Stunden, je vormittags und nachmittags, wenn nicht auf der betreffenden Universität eine andere Ordnung herrscht.

7. wie Nr. 6 in der alten R. st.

8. Deshalb werde nirgends der Kurs beschlossen, bevor die gewöhnlichen Ferien gegen Ende des Schuljahrs entweder angebrochen oder doch sehr nahe sind.

8. Obgleich man jene Ausdrücke, bei welchen der entsprechende Sinn schwer verständlich ist, meiden soll, so dürfen doch jene, die sich später der Theologie widmen wollen, mit der Sprache der Scholastiker nicht unvertraut bleiben.

9. §. 1. Er erkläre im ersten Jahre die Logik, von welcher er ungefähr in den ersten zwei Monaten einen kurzen Grundrifs gibt, er diktiere jedoch nicht, sondern erkläre vielmehr aus Toletus oder Fonseca das, was notwendiger erscheint.

§. 2. In der Einleitung zur Logik behandle er nur die Frage, ob und wovon es ein Wissen gebe, ferner einiges Wenige über die Spezies- und Genusbegriffe; die vollständige Abhandlung über die Allgemeinbegriffe verschiebe er auf die Metaphysik und begnüge sich vorderhand mit einer annähernden Aufklärung über dieselben.

Quies, silentium. **10.** In schola[2] ne hac illac divagentur, sed in suis quisque subselliis locisque modeste ac silentio sibi ac suis rebus intenti sint; neque schola egrediantur, nisi facta a Magistro exeundi potestate. Ne scamna, cathedram, sellas, parietes, januas, fenestras neque aliud quidpiam pingendo, scribendo, scalpello aliave ratione deturpent seu notent.

Quae fugiendae consuetudines. **11.** Pravas aut etiam suspectas aliorum consuetudines fugiant; cum iis tantummodo versentur, quorum exemplo aut consuetudine in literarum studio virtutumque proficiant.

12. A libris perniciosis et inutilibus legendis prorsus abstineant. (Const. p. 4. c. 5. E. et c. 14. n. 2.)

Spectacula et scenae vetantur. **13.** Neque ad publica spectacula, comoedias, ludos, neque ad supplicia reorum[3] eant; neque personam ullam in externorum scenis agant, nisi data prius a Magistris vel a Praefecto gymnasii potestate.

Pietas. **14.** Sincerum animum purumque conservare ac divinis legibus summa diligentia obtemperare nitantur. Deo vero, (*sacratissimo Jesu Cordi*) ac Sanctissimae Virgini Deiparae caeterisque sanctis persaepe atque ex animo se commendent. Angelorum opem assidue, praecipue vero Angeli custodis implorent. Modestiam tum alibi semper, tum in templo atque potissimum in schola servent.

Vitae exemplum. **15.** In rebus denique atque actionibus omnibus ita se gerant, ut facile quivis intelligat, eos non minus virtutum vitaeque integritatis esse quam literarum doctrinaeque studiosos.

Regulae Academiae.

Academia quid. **1.** Academiae nomine intelligimus coetum studiosorum (*ingenio et pietate praestantium*) ex omnibus scholasticis delectum,

[1] m. „schola." [2] Alii „scholis."

[3] In der ersten Ausgabe war der Beisatz „nisi forte haereticorum." Das bürgerliche Gesetz bestrafte ehemals den hartnäckigen Irrtum im Glauben als

8. Alle sollen ihren Lehrern gehorchen und die von ihnen vorgeschriebene Weise des Studierens in den Schulen und zu haus gewissenhaft beobachten.

9. Mit Ernst und Beharrlichkeit sollen sie sich auf die Studien verlegen, stets frühzeitig zur Schule erscheinen, in Anhörung und Wiederholung der Lektionen, sowie in den sonstigen Schulübungen fleifsig sein. Verstehen sie etwas nicht gut oder haben sie sonst einen Zweifel, sollen sie den Lehrer fragen. (Konst. 4. K. 6. N. 2 u. 8.)

10. In der Schule sollen sie nicht hin- und herlaufen, sondern bescheiden und still in ihren Bänken, auf ihren Plätzen bleiben, auf sich selbst und ihre Fächer achten, auch nicht ohne Erlaubnis des Lehrers hinausgehen. Sie sollen weder die Bänke, den Katheder, die Stühle, Wände, Thüren, Fenster, noch sonst etwas durch Malen, Schreiben, Messerschnitte oder irgend anderes Treiben verunzieren oder bemerklich machen.

11. Sie sollen schlechten oder auch blofs verdächtigen Umgang meiden und nur mit jenen verkehren, durch deren Beispiel oder Verkehr sie in den Studien und Tugenden Fortschritte machen.

12. Von der Lektüre verderblicher oder unnützer Bücher sollen sie sich ganz und gar enthalten. (Konst. 4. K. 5. E; K. 14. N. 2.)

13. Weder zu öffentlichen Schauspielen, Komödien und anderen Spielen, noch zur Hinrichtung von Verbrechern sollen sie gehen; auch dürfen sie auf Bühnen aufserhalb der Anstalt nicht auftreten, aufser mit Erlaubnis der Lehrer oder des Studienpräfekten.

14. Sie sollen bemüht sein, Aufrichtigkeit und Seelenreinheit zu bewahren, und die Gebote Gottes mit zarter Gewissenhaftigkeit zu beobachten. Gott dem Herrn aber, (*dem heiligsten Herzen Jesu,*) der heiligen Jungfrau und Gottesmutter, den übrigen Heiligen sollen sie recht oft und innig sich empfehlen, die Hilfe der Engel, und besonders des Schutzengels, beständig erflehen. Immer und überall, aber besonders in der Kirche und ganz vorzüglich in der Schule sollen sie die Bescheidenheit beobachten.

15. Endlich sollen sie in allen Dingen und Handlungen sich derart betragen, dafs jedermann wahrnehmen kann, sie seien ebenso auf Tugend und Unbescholtenheit des Lebens, wie auf wissenschaftliche Studien und Gelehrsamkeit bedacht.

Regeln der Akademie.

1. Unter Akademie verstehen wir einen aus allen Schülern ausgewählten Verein von Studierenden, (*die sich durch Talent und Frömmigkeit hervorthun und*) die sich unter dem Vorsitz eines Mitgliedes d. G.

Verbrechen. Bekanntlich kann hierein kein christliches Bekenntnis dem andern einen Vorwurf machen.

qui aliquo ex nostris Praefecto, conveniunt, ut peculiares quasdam habeant exercitationes ad studia pertinentes.

Qui admittendi.

2. Hoc ex numero omnes censentur, qui sunt ex Congregatione B. Virginis eo ipso, quod in illam recipiuntur, et Religiosi, si qui nostras scholas frequentant.

2. Hoc ex numero censentur religiosi, si qui nostras scholas frequentant; ex aliis vero in academiam nemo admittatur, nisi qui receptus sit in congregationem B. Virginis.

Caeterum, ubi mos tulerit, et Rectori videatur, alii etiam admitti poterunt, qui ex Congregatione, atque adeo qui ex nostris scholasticis non sunt.

Academici quales.

3. Academicos christiana virtute ac pietate, diligentia in studiis et scholarum legibus servandis caeteris omnibus discipulis praestare et exemplo esse oportet.

Academiae moderator.

4. Collegii Rector Moderatorem vel ex ipsis Magistris vel ex aliis nostris idoneum aliquem unicuique Academiae praeficiet.

Quotuplex Academia.

5. In unam Academiam Theologi et Philosophi fere convenire poterunt, in alteram Rhetores et Humanistae, in tertiam omnes grammatici, si nec nimis multi sunt, nec ita doctrina inaequales, ut eaedem exercitationes omnibus fructuosae esse non possint; alioquin singulis scholis suas Academias habere liceat.

Assiduitas et exercitatio.

6. Assiduitate Academicorum et exercitationum fervore Academiae fructus maxime continentur. Quare si qui saepius abessent aut exercitationes per vices obire recusarent, praesertim vero qui propter immodestiam perturbationi aliis aut offensioni essent, dimittendi erunt.

Magistratus.

7. Magistratus qui in unaquaque Academia tertio quartove quoque mense pluribus[1] Academicorum secretisque suffragiis eligentur, hi fere erunt: Academiae rector, duo consiliarii et unus secretarius: quibus alii etiam addi poterunt, muneraque distribui pro Academicorum frequentia, loci consuetudine et Rectoris Collegii judicio.

Rector.

8. Rector in Academia Theologorum plerumque sit Theologus; quodsi interdum ex Philosophis eligendus videretur, sit saltem metaphysicus (*ultimi*| *anni*). In Academia item Rhetorum et grammaticorum[2], quando ex diversis classibus constant, vel plerumque eligatur ex classe superiore, vel alternis, ut Collegii Rector censuerit. Is autem eligendus, qui virtute, ingenio et doctrina

[1] 1832: saltem bis in anno — wenigstens jährl. 2 mal.

[2] pr. „item Rhetoricae et Grammaticae auditorum."

versammeln, um gewisse besondere Übungen, die sich auf die Studien beziehen, unter sich vorzunehmen.

2. Zu einer solchen Akademie werden alle Mitglieder der Kongregation der sel. J. schon durch die Thatsache ihrer Aufnahme, ferner alle Religiosen, die unsere Schulen besuchen, gezählt.

2. Zu einer solchen Akademie werden die Religiosen, die unsere Schulen besuchen, gezählt; von unsern übrigen Schülern aber soll keiner zugelassen werden, der nicht in die Kongregation der sel. J. aufgenommen ist.

Wo es jedoch das Herkommen mit sich bringt, und der Rektor es gutfindet, kann man auch andere zulassen, die nicht zur Kongregation, ja nicht einmal zu unsern Schülern gehören.

3. Die Akademiker müssen sich vor allen andern Schülern durch Tugend und Frömmigkeit, durch Fleifs in den Studien und durch gewissenhafte Beobachtung der Schülergesetze auszeichnen und als Muster dienen.

4. Der Rektor des Kollegs wird für jede Akademie als Vorsitzenden entweder einen aus den Lehrern selbst oder sonst ein befähigtes Mitglied d. G. J. erwählen.

5. Zusammenthun können sich zu einer Akademie etwa die Theologen und Philosophen, zu einer zweiten die Rhetoriker und Humanisten, zu einer dritten die sämtlichen Grammatiker, vorausgesetzt, dafs sie nicht zu zahlreich oder an Wissen so ungleich sind, dafs die nämlichen Übungen nicht für alle fruchtbringend sein könnten. In letzterem Falle ginge es an, dafs jede Klasse ihre eigene Akademie hätte.

6. Der gute Erfolg der Akademien hängt am meisten vom anhaltenden Erscheinen der Akademiker und von ihrem Eifer in den Übungen ab. Sollte daher jemand öfter fehlen oder sich der akad. Übungen, wenn die Reihe an ihn kommt, weigern, oder gar durch Unbescheidenheit anderen Störung und Anstofs verursachen, so mufs er entlassen werden.

7. Die Magistrate werden in jeder Akademie je im 3. oder 4. Monate von den Akademikern selbst in geheimer Abstimmung und durch Stimmenmehrheit gewählt. Es sind etwa folgende: der Rektor der Akademie, zwei Räte und ein Sekretär. Zu diesen kann man, je nach der Zahl der Akademiker, nach dem örtlichen Gebrauch und dem Gutfinden des Rektors, noch andere Würdenträger nehmen und ihnen die entsprechenden Ämter anweisen.

8. Rektor in der Akademie der Theologen soll gemeiniglich ein Theolog sein; glaubt man ihn je bisweilen aus der Reihe der Philosophen wählen zu sollen, so sei er wenigstens Metaphysiker (*ein Philos. des letzten J.*). Wenn sodann die Akad. der Rhetoriker und Grammatiker verschiedene Klassen umfafst, so soll der Rektor entweder aus der obersten Klasse oder abwechselnd auch aus der unteren Klasse, wie der Rektor des Kollegs bestimmt, gewählt werden. Der zu Erwählende aber mufs an Tugend, Talent und

praestet, cujus erit Academiam promovere, praeire ceteris virtute ac diligentia, et actum aliquem ex praecipuis Academiae vel initio vel in fine rectoratus habere. Poterit autem rector Academiae Theologorum interdum, si sit Theologus, absente Magistro philosophos defendentes dirigere, et argumentantium argumenta resumere et urgere.

Consiliarii. **9.** Consiliarii erunt rectori loco et honore proximi ejusque absentis vices primus consiliarius tenebit; priore etiam absente secundus; eaque munera obibunt, quae moderator Academiae per se aut per rectorem imponet.

Secretarius. **10.** Secretarius libros omnes Academiae diligenter servabit. Nomina Academicorum eo ordine, quo in Academiam recipiuntur, in libro scribet, in quem etiam seorsim nomina magistratuum, cum eliguntur, et omnia Academiae acta, non tacitis Academicorum, qui aliquid praestiterint, nominibus, referet; Rhetorum etiam[1] orationes, poëmata et carmina, quae affiguntur, a moderatore selecta[2]. Idem tempestive eos, ut se comparent, admonebit, quos a moderatore cognoverit Academiae exercitationes obituros, nisi in Academia Theologorum necesse videatur id fieri per bidellum.[3] In fine cujusque Academiae publice pronunciabit, quaenam exercitationes et a quibus habendae sint. Publice theses et in Rhetorica etiam Problemata et aenigmata dissolvenda mature proponet. (1832: *Publ. thes. et exercitationum argumenta mature proponet.*)

Consultationes. **11.** Ter aut quater in anno, videlicet post creationem Rectoris, consultationes

11. Bis in anno, videl. post creationem rectoris, aut etiam saepius, si necesse fuerit, consultationes

vel omnium Academicorum vel saltem magistratuum simul cum Moderatore habebuntur ad Academiam promovendam eaque tollenda, quae ejus progressum impedire videantur.

Regularum lectio. **12.** Vel in his consultationibus vel ante creationem rectoris Academiae regulae legantur, quae vel in tabella scriptae sint vel in libro Academiae, in quo etiam deinceps Academicorum nomina scribenda erunt.

[1] pr. „Rhetoricae etiam auditorum."

[2] 1832: theologorum quoque et philosophorum elucubrationes, item rhetorum et grammaticorum scriptiones a Moderatore selectas colliget et servabit.

Ferner soll er die Abhandlungen der Theologen und Philosophen, ebenso die schriftlichen Arbeiten der Rhetoriker und Grammatiker gemäfs der vom Vorsitzenden getroffenen Auswahl sammeln und aufbewahren.

[3] 1832: „per adjutorem seu bidellum."

Wissen den Vorzug haben; seine Pflicht besteht darin, die Akademie zu heben, den übrigen in Tugend und Fleifs voranzugehen, und am Anfang oder Ende seines Rektorats einen akademischen Hauptakt zu halten. Wenn der Rektor der theolog. Akademie ein Theolog ist, so kann er bisweilen in abwesenheit des Lehrers die Disputation der Philosophen leiten, den Defendenten beistehen, die Einwürfe der Objizienten zusammenfassen und weiterspinnen oder lösen.

9. Die Räte kommen an Stellung und Ehre zunächst hinter dem Rektor; in seiner Abwesenheit nimmt der erste Rat, und wenn auch dieser nicht da ist, der zweite die Rektorsstelle ein; sie verwalten jene Geschäfte, die ihnen der Vorsitzende persönlich oder durch Vermittelung des Rektors der Akad. auflegt.

10. Der Sekretär soll alle Bücher der Akademie sorgfältig aufbewahren, die Namen der Akademiker in der Reihenfolge ihrer Aufnahme im Kataloge verzeichnen, ebenso die Namen der Würdenträger gleich nach der Wahl und alle akademischen Verhandlungen mit ausdrücklicher Nennung jener, die etwas geleistet haben, eintragen. Ähnlich registriere er die vom Vorsitzenden ausgewählten Reden der Rhetoriker, die gröfseren und kleineren Gedichte, welche öffentlich ausgehängt werden. Sobald er vom Vorsitzenden hört, wer die nächsten akademischen Übungen zu halten habe, mahne er die betreffenden frühzeitig, damit sie sich vorbereiten; man müfste denn in der theol. Akademie dieses Geschäft lieber dem Bidell überlassen. Am Ende jeder Akademie verkünde er öffentlich, welche Übungen und von wem sie das nächste Mal gehalten werden. Bei zeiten soll er öffentlich die Thesen, in der Rhetorik auch die poët. Lösung von Problemen und Rätseln aushängen. (1832: *Öffentlich soll er auch die Thesen und die Argumente zu akad. Übungen aushängen.*)

11. Drei- bis viermal im Jahre, nämlich nach der Rektorswahl, sollen Beratungen

11. Jährlich zweimal, nämlich nach der Rektorswahl, oder im Notfall auch öfter sollen Beratungen

entweder der sämtlichen Akademiker oder wenigstens der Würdenträger zugleich mit dem Vorsitzenden gehalten werden, um die Akademie zu heben und etwaige Hindernisse ihres Gedeihens aus dem wege zu räumen.

12. Entweder in diesen Ratsversammlungen oder vor der Wahl des Rektors sollen die Regeln der Akad. gelesen werden; dieselben müssen auf einer Tabelle oder im Buche der Akademie geschrieben sein. In letzterem müssen gleich darauf die Namen der Akademiker stehen.

Regulae
Praefecti Academiae.

Ad pietatem promovendi.

1. Ad pietatem Academicos, non solum ad studia promoveat, quod virtutum exemplo et privatis, cum se dederit[1] occasio, colloquiis praestare poterit.

Regularum observatio.

2. Academiae regulas diligenter servari curet imprimisque in Academicorum quotidianis exercitationibus assiduitatem ac diligentiam exigat.

Exercitatio.

3. Efficiat, ut omnes Academici variis exercitationum generibus, quantum fieri potest, per vices exerceantur.

Nil sine superiore innovandum.

4. **4.** Insistat vestigiis Magistri Moderator:
Nec receptas consuetudines tollat, nec novas introducat sine facultate Rectoris, nec quidquam faciat, quod alicujus momenti sit, quod non cum ipso communicet; et quae praescripta fuerint diligenter exequatur.[2]

In defendendis etiam conclusionibus consueta disputandi ratio plerumque teneatur.

Qui magis exercendi.

5. Non abs re erit eos exerceri saepius, qui proxime sunt actus generales theologiae ac philosophiae habituri, vel publica specimina annua aut actum academiae solemniorem exhibituri; quos etiam ad hunc finem, ut instructiores sint, monebit et diriget.

Academiae tempus.

5. (*6.*) Horas Academiae, repetitionum sc., disputationum et similium, ita dispenset, ut horas Congregationis non impediant, quo Academici commode possint utrisque exercitationibus interesse, quam etiam ob rem nullus erit sine magna causa Congregationis tempore privatis colloquiis detinendus.

[1] pr. „cum tulerit occ.“
[2] m. „exequetur.“

Regeln
des Präfekten der Akademie.

1. Er fördere die Akademiker in der Frömmigkeit und nicht allein in den Studien; dies wird ihm durch eigenes Tugendbeispiel und bei guter Gelegenheit durch Privatgespräche gelingen.

2. Er sorge für gewissenhafte Beobachtung der Regeln und halte vorzüglich bei den täglichen Übungen der Akademiker auf anhaltenden Fleifs und Genauigkeit.

3. Er lasse alle Akademiker nach kräften in den verschiedenen Übungsarten der Reihe nach thätig auftreten.

4. Der Präfekt trete in die Fufstapfen des Lehrers:

4. Weder hebe er hergebrachte Gebräuche auf, noch führe er neue ohne Erlaubnis des Rektors ein, noch thue er sonst etwas Wichtiges ohne vorherige Verabredung mit ihm; die ihm gegebenen Aufträge führe er sorgfältig aus.

Auch bei Verteidigung der Thesen soll die gewohnte Disputationsweise meistens eingehalten werden.

5. Nicht unzweckmäfsig wird es sein, diejenigen, welche nächstens einen Generalakt in der Theologie und Philosophie halten, oder eine öffentliche Jahresprüfung ablegen, bezw. einem feierlicheren akad. Akte sich unterziehen wollen, etwas öfter zu den Übungen heranzuziehen. Der Präfekt kann sie zu diesem Zwecke durch Wort und Praxis so anleiten, dafs sie desto besser geschult auftreten können.

5. (*6.*) Er teile die Stunden der Akademie, nämlich der Repetitionen, Disputationen u. dgl., so ein, dafs die Stunde der Kongregation nicht in dieselben falle, also die Akademiker bequem den beiden Versammlungen beiwohnen können. Ebendeshalb soll kein Studierender ohne wichtigen Grund zur Zeit der Kongregation durch Privatunterredungen hingehalten werden.

Regulae Academiae
Theologorum et Philosophorum.

Quae exercitationes.

1. Hujus Academiae exercitationes quatuor fere generum esse solent: quotidianae praelectionum repetitiones, disputationes, praelectiones seu problemata, solemniores actus, quibus conclusiones publice defendantur.

Repetitiones.

2. Repetitiones per horam circiter singulis fient, quibus scholae habentur, diebus; iis exceptis, qui menstrua disputatione impediuntur. Ea vero fient hora, quae commodissima videbitur; modo in Quadragesima liberum concionis tempus, saltem bis in hebdomada, relinquatur.

Repetitionum forma.

3. Repetent seorsim singulae classes, una Theologiae et tres Philosophiae, si totidem sint praeceptores: uno aut altero Academicorum audita recolente, uno etiam aut altero argumentantibus. Ac Theologiae quidem repetitionibus praeerit ipse Praefectus Academiae aut ejus socius, aut certe alius ex provectioribus quarti fere anni Theologis a Rectore Collegii constitutus. Philosophiae vero repetitionibus in singulis classibus aliquis etiam praeerit ex nostris fere Theologus, quem idem Rector designaverit.

Disputationum forma.

4. Disputationes erunt aut semel, ubi pauci sunt Academici, aut, ubi sunt multi, bis in hebdomada, sc. die vacationis aut etiam

1. Hujus Academiae exercitationes trium fere generum esse solent: praelectiones vel dissertationes seu problemata, repetitiones et solemniores actus, quibus conclusiones publice defendantur.

2. (Tempus.) Conveniant academici semel aut bis in hebdomada, die et loco a Rectore collegii designando.

3. (Praelectionum forma.) In praelectionibus, quae communiores Academiae exercitationes esse debent, aliquis Academicorum quaestionem quandam suo marte elaboratam aut ingeniosum problema, expositis in utramque partem confirmatisque rationibus, ex cathedra erudite pertractabit, uno aut altero argumentante; licebit etiam cuique suum expromere judicium ac animadversiones, quae, postquam in conventu examinatae ac probatae fuerint, una cum dissertatione praelecta in librum Academiae referentur.

4. (Repetitionum forma.) Repetitiones quandoque fient insignioris cujusdam quaestionis aut tractatus stylo copiosiori, omissa sc. scholasticae formae severitate, ad ostendendam sub uno aspectu rerum connexionem et argumentorum vim melius dignoscendam.

Regeln der Akademie der Theologen u. Philosophen.

1. Die Übungen dieser Akademie sind gewöhnlich von viererlei Art: tägliche Wiederholung der Vorlesungen, Disputationen, Vorlesungen oder wissenschaftliche Probleme, feierlichere Akte oder öffentliche Verteidigung von Thesen.

2. Die Wiederholungen sollen an jedem Tage, an welchem gelesen wird, ungefähr eine Stunde lang stattfinden; ausgenommen sind nur die Tage der Monats-Disputation. Sie sollen zu der Stunde, die sich als die gelegenste erweist, gehalten werden; doch soll in der Fastenzeit soviel Zeit freigelassen werden, dafs man wöchentlich wenigstens zweimal der Predigt beiwohnen kann.

3. Die einzelnen Klassen sollen je für sich repetieren; in der Theologie sei eine, in der Philosophie drei Klassen, wenn es ebensoviele Professoren sind; ein oder zwei Studierende mögen die Vorlesung wiederholen, einer oder zwei andere Einwürfe machen. Den Vorsitz in der theol. Repetition führe der Präfekt der Akademie oder dessen Stellvertreter, oder mindestens ein anderer Theolog des vierten Jahres, und zwar einer der Vorgerückteren, welchen der Rektor des Kollegs ernennt. Bei den Repetitionen der Philosophen aber soll in jeder Klasse einer von den Unsrigen, gewöhnlich ein gleichfalls vom Rektor ernannter Theolog, den Vorsitz führen.

4. Disputationen sollen wöchentlich entweder einmal, wo wenige Akademiker, oder zweimal, wo viele Akademiker sind, stattfinden, nämlich am Vakanztage oder zugleich am

1. Die Übungen dieser Akademie sind gewöhnlich von dreierlei Art: Vorlesungen, Abhandlungen oder wissenschaftliche Fragen; Repetitionen; feierliche Akte oder öffentliche Verteidigung von Thesen.

2. Die Akademiker sollen ein- oder zweimal wöchentlich an dem vom Rektor des Kollegs zu bestimmenden Tag und Ort zusammentreten.

3. Bei den Vorlesungen, welche die gewöhnlicheren Übungen der Akademie sein müssen, wird einer von den Akademikern eine selbständig ausgearbeitete Frage oder ein geistreiches Problem, unter Anführung der Gründe für und wider, und unter Beweisführung für das eine oder andere, vom Katheder in gelehrter Fassung behandeln; einer oder zwei sollen Gegenbeweise objizieren; auch steht es jedem frei, seine eigene Meinung und seine Bemerkungen vorzubringen. Sind diese Bemerkungen im Rate der Akademie untersucht und gebilligt, so können sie nebst der vorgelesenen Abhandlung in das Buch der Akademie eingetragen werden.

4. Bisweilen kann man über irgend eine interessantere Frage Repetionen oder Abhandlungen in mehr rhetorischer Form und Mannigfaltigkeit des Ausdruckes halten. In diesem Falle sieht man von der strengen scholastischen Form ab und sucht den Zusammenhang der Gedanken und die Bedeutsamkeit der Gründe unter einem Gesichtspunkte zu besserem Verständnisse zu bringen.

Dominico. Ac die quidem Dominico a prandio per horam unus ut plurimum ex philosophis defendet, duobus argumentantibus; die vero vacationis per duas horas duo tresve defendent, unus Theologus, alii Philosophi, totidem similiter aut pluribus argumentantibus.

Conclusiones. **5**. Theologus, si solus defendat, conclusiones semper aliquas Philosophicas proponet, Metaphysicus physicas et logicas, Physicus etiam logicas. Argumentabuntur contra Theologos Theologi, contra philosophos primo loco semper aliquis ex classe proxime superiore, secundo unus ex condiscipulis.

Disputationibus quis praesideat. **6**. Disputationibus tam Philosophicis quam Theologicis, si intersit proprius defendentis Magister, ipsius erit praesidere; sin minus, praesidebit Praefectus Academiae aut ejus socius.

Praelectiones. **7**. Praelectiones etiam interdum haberi poterunt, quibus quaestionem aliquam suo marte perfectam vel ingeniosum problema, expositis in utramque partem confirmatisque rationibus, aliquis Academicorum ex cathedra erudite pertractet, uno aut altero argumentante. Hujusmodi autem praelectiones necesse erit Praefecto Academiae, priusquam habeantur, ostendi ac probari.

Actus. **8**. Solemniores actus ipse Academiae rector, nisi quid obstet, aut alius a Praefecto delectus interdum habere poterit, Natalis videlicet, Paschа-

5. Solemniores actus ipse academiae rector, nisi quid obstet, aut alius a Praefecto delectus interdum habere poterit, festis videl. Natalis, Paschatis, Pentecostes aut alio opportuno tempore.

Sonntage. Und zwar soll am Sonntage nachm. eine Stunde lang meistens einer der Philosophen defendieren und zwei objizieren, am Vakanztage zwei Stunden lang 2—3, nämlich ein Theolog, die andern Philosophen, defendieren, und ebensoviele oder noch mehrere objizieren.

5. Wenn ein einziger Theolog defendiert, soll er immer auch einige philosophische Thesen, der Metaphysiker einige physikalische und logische, der Physiker auch logische Thesen vortragen. Objizieren sollen gegen Theologen andere Theologen, gegen Philosophen zuerst einer aus dem nächsthöheren Kurs und dann einer von den Mitschülern.

6. Wenn bei philosophischen oder theologischen Disputationen der eigene Professor des Defendenten zugegen ist, so führt dieser den Vorsitz; andernfalls der Präfekt der Akademie oder sein Stellvertreter.

7. Bisweilen kann man auch Vorlesungen halten, in welchen einer der Akademiker irgend eine selbständig bearbeitete Frage oder ein geistreiches Problem, unter Anführung und Abwägung der Gründe für und wider, vom Katheder in gelehrter Fassung behandelt, worauf dann einer oder zwei ihre Einwürfe vorbringen. Derartige Vorlesungen müssen aber vorher dem Präfekten der Akademie vorgezeigt und von ihm genehmigt werden.

8. Wenn nichts im wege steht, kann der Rektor der Akademie selbst oder ein anderer vom Präfekten gewählter Akademiker bisweilen feierlichere Akte halten, wie z. B. an Weihnachten, Ostern, Pfingsten oder einem

5. Wenn nichts im wege steht, kann der Rektor der Akademie selbst oder ein anderer vom Präfekten gewählter Akademiker bisweilen feierlichere Akte halten, wie z. B. an Weihnachten, Ostern, Pfingsten oder einem andern gelegenen Tage. Bei diesen

tis, Pentecostes aut alio opportuno tempore. Quibus actibus certam aliquam Theologiae aut Philosophiae materiam aliquibus conclusionibus comprehensam defendent, Magistro praesidente.

Quibus actibus certam aliquam theologiae aut philosophiae materiam quibusdam conclusionibus comprehensam defendet, Magistro praesidente. In hujusmodi autem actibus forma scholastica observetur.

Actuum celebritas.

9. (**6.**) Hi actus ut cum aliquo apparatu fiant, curandum; adhibeatur autem a defendente praefatio aliqua et epilogus, quae prius sint, ut caetera, quae publice recitantur, a generali studiorum Praefecto recognita et approbata. Externi etiam ad argumentandum aliique poterunt ad audiendum, quo disputatio celebrior sit, invitari.

Introductio.

10. Uno circiter ante studiorum renovationem mense, si Rectori videatur, per quindecim minimum dies iis, qui Philosophiam audituri sunt, introductio vel summa ab aliquo ex nostris, quem Rector, vel forte ex Academicis, quem Praefectus statuerit, explicetur.

7. [Lingua vernacula.] Ut quae in scholis addidicerunt in communem usum patrio sermone proferre assuescant, utile erit has exercitationes interdum etiam linguae vernaculae fieri, in theologicis tamen cum delectu materiarum et consulto Superiore.

Conclusiones recognoscendae.

11. Conclusiones omnes tam solemniorum actuum, quam etiam hebdomadariae, priusquam defendantur aut affigantur, erunt et a Praefecto Academiae et a proprio defendentis Magistro recognoscendae.

8. Exercitationes omnes, tam solemnes quam ordinariae, priusquam indicentur et affigantur, erunt a Praefecto academiae et a proprio Magistro recognoscendae.

Regulae Praefecti Academiae Theologorum et Philosophorum.

Die folgenden Regeln fehlen in der R. St. von 1832.

Exercitationum forma.

1. Praeter communia, quae de Praefecto in universum dicta sunt in regulis Academiae, illud etiam advertat[1], ut in quotidianis repetitionibus eadem repetendi et argumentandi, eadem disputandi forma modusque servetur, quem nostri in domesticis repetitioni-

[1] pr. „animadv."

andern gelegenen Tage. Bei diesen Akten soll unter dem Vorsitze des Lehrers ein bestimmter theologischer oder philosophischer Gegenstand in einigen Thesen zusammengefafst und verteidigt werden.

Akten soll unter dem Vorsitze des Lehrers ein bestimmter theologischer oder philosophischer Gegenstand in gewisse Thesen zusammengefafst und verteidigt werden; jedoch mufs man die scholastische Form einhalten.

9. (*6.*) Man mufs sorge tragen, dafs derartige Akte ein festliches Äufsere erhalten, der Defendent aber schicke ein Vorwort voraus und bringe ein Schlufswort; beide müssen, wie alles, was öffentlich vorgetragen wird, vom Generalstudienpräfekten durchgesehen und genehmigt sein. Ferner können Auswärtige zum Disputieren und andere zum blofsen Zuhören eingeladen werden, damit die Disputation einen festlicheren Glanz gewinne.

10. Ungefähr einen Monat vor Wiederbeginn der Studien kann, wenn der Rektor es gutfindet, einer von den Unsrigen, der vom Rektor, oder etwa ein Akademiker, der vom Präfekten bestimmt wird, jenen Akademikern, die zur Philosophie aufsteigen, wenigstens 14 Tage eine Einleitung oder einen kurzen Überblick über die Philosophie erklären.

7. Damit die Studierenden sich gewöhnen, das in den Vorlesungen Erlernte zum gemeinen Besten in der Muttersprache zu verwerten, ist es von nutzen, diese Vorlesungen hie und da auch in der Muttersprache zu halten, bei theologischen Gegenständen jedoch mit weiser Auswahl des Stoffes und unter Genehmigung des Obern.

11. Alle Thesen, sowohl die für die feierlichen als die für die Wochendisputationen, müssen, bevor sie defendiert oder ausgehängt werden, vom Präfekten der Akademie und vom Lehrer des Defendenten durchgangen werden.

8. Alle Übungen, sowohl die feierlichen als auch die gewöhnlichen, müssen vor der Ankündigung und Aushängung vom Präfekten der Akademie und dem ordentlichen Lehrer durchgesehen werden.

Regeln des Präfekten der theologischen und philosophischen Akademie.

1. Aufser den gemeinsamen Anordnungen in den Regeln der Akademie, die im allgemeinen auch dem Präfekten gelten, möge er noch im besondern darauf achten, dafs in den täglichen Repetitionen dieselbe Form des Repetierens, Beweisführens und Disputierens eingehalten werden mufs, wie die Unsrigen in den Hausrepetitionen thun; gleichfalls soll in den

bus tenent; in actibus vero et aliis conclusionibus defendendis consueta ratio teneatur.

Visitandae repetitiones.

2. Visitet proinde saepe repetitiones, nunc has nunc illas, videatque, ut diligenter ac modeste fiant, et ut repetitores recte suo officio fungantur, quos etiam, ut oportuerit, diriget.

Qui magis exercendi.

3. Non erit abs[1] re eos exerceri saepius quam alios, qui proxime sunt cursum Philosophiae vel Theologiae defensuri vel aliquem Academiae actum habituri, quos etiam ad hunc finem, ut instructiores sint, monebit et diriget.

De socio.

4. Cum socio, si a Rectore dabitur, ita poterit curam laboremque partiri, ut ei, nisi quid obstet, Theologiae repetitiones committat, et cum eo, si videbitur, alternis diebus, praesertim vacationis, disputationibus praesideat, caeteraque per eum ad quotidianas conclusiones et extraordinarios actus spectantia, prout necesse judicaverit, exequatur.

Regulae Academiae
Rhetorum et Humanistarum.[2]

Academiae dies.

1. Diebus Dominicis vel, ubi commodius erit, die vacationis convenient loco a Rectore Collegii designato.

Quae exercitationes Moderatori habendae.

2. Exercitationes hujus Academiae hae fere erunt: Moderator, prout opportunum judicaverit, nunc lectiones seu quaestiones habebit de selecta aliqua materia vel auctore; nunc praecepta aliqua dicendi magis recondita ex Aristotele, Cicerone aliisve Rhetoribus tradet; nunc aliquem auctorem percurret et ab Academicis exiget, nunc iisdem problemata solvenda proponet et alia hujusmodi.

1. Qualibet hebdomada aut bis saltem in mense convenient die et loco a Rectore collegii designato, praesente semper academiae Moderatore.

2. Academiae hujus exercitationes, quae pro opportunitate variari debent, hae fere erunt: 1. Legatur aliquid de praeceptis magis reconditis rhetoricae vel poësis: tum circa ea quidquid notaverit pro suo quisque ingenio proferat, allatis etiam ex auctoribus exemplis hujusmodi praecepta illustrantibus. — 2. Declamatio fiat ex oratoribus vel poëtis desumpta, quam sequantur aliorum observationes circa vocem, gestum,

[1] m. „ab.“

[2] pr. „Rhetoricae et Humanitatis Auditorum“.

öffentlichen Akten und sonstigen Defendierübungen die hergebrachte Methode bewahrt werden.

2. Darum besuche er öfter die Repetitionen, bald diese, bald jene, und sehe zu, dafs alles mit Sorgfalt und Bescheidenheit vor sich gehe, und dafs die Repetitoren richtig ihre Pflicht thun; er kann sie auch, wenn nötig, auf die richtige Bahn weisen.

3. Zweckdienlich wird es sein, jene, die nächstens aus einem ganzen philos. oder theol. Jahreskurse Thesen verteidigen oder einen akademischen Akt halten sollen, öfter als andere zu üben; zu diesem Zweck kann er sie auch durch Wort und Praxis anleiten, damit sie desto besser geschult auftreten.

4. Wenn er vom Rektor einen Gehilfen bekommt, kann er seine Amtsgeschäfte so teilen, dafs er dem Gehilfen, wenn sonst kein Hindernis da ist, die theol. Repetitionen überläfst, und mit ihm, je nach Gutbefinden, besonders an Vakanztagen, im Präsidium bei den Disputationen abwechselt. Er kann, wie er es für nötig hält, auch das Übrige, was zu der täglichen Repetition der Thesen und zu den aufserordentlichen Akten gehört, durch denselben ausführen lassen.

Regeln der Akademie
der Rhetoriker und Humanisten.

1. An den Sonn- oder, wo es gelegener ist, an den Vakanztagen werden sie an dem vom Rektor des Kollegs angewiesenen Orte zusammenkommen.

2. Die Übungen dieser Akademie sind etwa folgende: Jenachdem der Präfekt es für angezeigt hält, wird er bald über einen ausgewählten Gegenstand oder Auktor etwas vorlesen oder Fragen stellen; bald einige fernerliegende Regeln der Beredsamkeit aus Aristoteles, Cicero oder andern Rhetorikern vortragen; bald einen Auktor kursorisch durchnehmen und die Akademiker über ihn abfragen; bald ihnen wissenschaftliche Fragen zum Lösen vorlegen u. dergl.

1. Jede Woche oder wenigstens monatlich zweimal sollen sie an dem vom Rektor des Kollegs angewiesenen Ort und Tag, stets in Anwesenheit des Präfekten der Akademie, zusammenkommen.

2. Die Übungen dieser Akademie können den Umständen gemäfs gewechselt werden und sind etwa folgende: 1. Man lese einiges über fernerliegende Regeln der Rhetorik oder Dichtkunst vor; dann sage jeder nach eigenem Ermessen seine Bemerkungen dazu und führe zugleich aus den Auktoren Beispiele an, welche zur Beleuchtung jener Regeln dienen. — 2. Man halte eine Deklamation aus irgend einem Redner oder Dichter, worüber dann die Zuhörer ihre Bemerkungen in betreff von Stimme, Gestus und Vortrag aussprechen. — 3. Vorlesung eines wichtigen Stückes aus einem lat., griech. oder vaterländi-

Quae Academicis.

3. Saepe etiam his omissis Academici ipsi nunc orationes, nunc carmina, nunc declamationes habeant, vel memoriter vel ex tempore; nunc invicem accusationes et defensiones, ipso probante, instituant; nunc lectiones habeant, duobus minimum adversus lectorem disputantibus; nunc theses defendant oppugnentque oratorio magis more quam dialectico; nunc emblemata et insignia de certa aliqua materia componant; nunc inscriptiones, aut descriptiones, nunc aenigmata faciant aut dissolvant; nunc in inventione se exerceant, singuli ad propositam materiam confirmationis locos excogitantes sive improviso seu meditato; nunc in elocutione figuras verborum ac sententiarum inventae rei accommodantes; nunc dialogorum, poëmatum, tragoediarum argumenta conscribant; nunc integram praeclari oratoris orationem aut poëtae carmen imitentur; nunc symbola quaedam faciant, ut sc. de una re proposita singuli suam sententiam afferant; nunc distributis alicujus auctoris libris singuli ex eo sententias vel phrases decerptas proferant. Denique in iis se exerceant, quae eloquentiam gignere et ab ea enasci solent.

totam denique actionem. — 3. Praelegatur auctoris latini, graeci vel vernaculi locus insignior. — 4. Suo marte aut ad scriptoris eximii imitationem elaboratas epistolas, descriptiones, narrationes, orationes, inscriptiones, emblemata vel carmina recitent. — 5. De re aliqua proposita singuli sententiam suam afferant, vel solvant quaestionem ad studia sua pertinentem, expositis utrinque rationibus, vel actionem instituant more juridico, in qua causam aliquam defendendam, alii impugnandam suscipiant, non sine judice, qui litem pro dignitate dirimat. — 6. Analyses oratorias, non siccas et jejunas, sed stylo elegantiori ornatas vel scriptas legant, vel prius meditati pronuntient. — 7. Sese exerceant nunc in inventione, ad propositam materiam confirmationis vel confutationis locos excogitantes sive meditato sive improviso; nunc in dispositione, probationes et affectus recto ordine collocantes; nunc in elocutione, figuras verborum et sententiarum rei inventae accommodantes. — 8. Variarum scriptionum argumenta ad praeceptorum normam conscribant. — 9. Distributis alicujus auctoris libris, singuli ex eo sententias descriptas non proferant modo, sed etiam commentario illustrent. — Denique in omnibus se exerceant, quae eloquentiam gignere aut ab ea enasci solent. Moderator etiam inter-

3. Ferner können die Akademiker, mit Übergehung des Vorstehenden, auch oft unter sich Übungen halten, z. B. aus dem Gedächtnis oder aus dem Stegreife Reden, Gedichte und Deklamationen vortragen; unter einander mit Genehmigung des Präfekten Verhandlungen in der Form von Anklage und Verteidigung vornehmen; Vorlesungen halten, gegen welche dann wenigstens zwei disputieren; Thesen mehr in rhetorischer, als in dialektischer Form verteidigen und angreifen; Sinnbilder und Abzeichen über einen aufgegebenen Gegenstand erdenken; Inschriften oder Schilderungen, ferner Rätsel verfassen und die letztgenannten lösen; sich in der rhetorischen Erfindung üben, indem jeder für sich, entweder aus dem Stegreif oder nach einigem Besinnen, die allgemeinen Begriffe zur Auffindung von Beweisgründen für einen vorgelegten Stoff aussinnt; den Inhalt von Dialogen, Gedichten und Tragödien niederschreiben; die ganze Rede eines Redners oder ein ganzes Gedicht nachahmen; gemeinsame Beiträge zu einem vorgelegten Thema liefern, wobei ein jeder seine Meinung ausspricht; die Bücher eines Auktors so unter die Akademiker verteilen, dafs ein jeder die Sinnsprüche oder Phrasen aus dem ihm angewiesenen Teil auszieht und vorträgt. Endlich sollen sie alles das einüben, was entweder zur Beredsamkeit führt oder Frucht derselben ist.

schen Auktor. — 4. Briefe, Schilderungen, Erzählungen, Reden, Inschriften und Sinnbilder, die man entweder selbständig oder nach einem klassischen Muster verfafst; Vortrag von Gedichten. — 5. Über einen vorgelegten Stoff sollen alle ihre Meinung einzeln vorbringen; oder eine zu ihren Studien gehörende Frage lösen, wobei die Gründe für und wider darzulegen sind; oder man kann eine Verhandlung in der Form eines Gerichtshofs veranstalten, so dafs die einen die Verteidigung, die andern die Anklage übernehmen, und einer als Richter den Streit nach Verdienst schlichtet. — 6. Rednerische Analysen, die aber nicht trocken und dürr, sondern in gewähltem und schönem Stile abgefafst sein sollen; dieselben sind entweder niedergeschrieben und werden vorgelesen, oder nach einigem Nachdenken frei vorgetragen. — 7. Ferner sollen sie sich bald in der rhet. Erfindung üben, indem sie die allgemeinen Begriffe zur Auffindung von Beweisgründen für einen vorgelegten Stoff entweder aus dem Stegreif oder nach einigem Besinnen erdenken; bald in der Anlage einer Rede, indem sie die Beweise und Affekte an die richtige Stelle setzen; bald in der Darstellung, indem sie die Wort- und Satzfiguren dem aufgefundenen Stoff anpassen. — 8. Sie sollen Aufsätze über verschiedene Themata nach den Regeln der Rhetorik verfassen. — 9. Man kann die Bücher eines Auktors unter die Akademiker verteilen, so dafs ein jeder aus seinem Anteile die hauptsächlichsten Sätze nicht blofs auszieht und vorliest, sondern auch mit einem Kommentar versieht und beleuchtet. — Endlich sollen sie alles das einüben, was entweder zur Beredsamkeit führt oder Frucht derselben ist. Der Prä-

dum aliquid de suo proferat et omnia dirigat.

Publicae exercitationes.

4. Harum exercitationum aliquas splendidiores aut praelectiones, declamationes, thesium defensiones operae pretium est praesertim a rectore Academiae fieri cum apparatu interdum aliquo et honoratiorum auditorum[1] corona.

3. Ter aut quater in anno harum exercitationum aliquas splendidiores operae pretium est praesertim a rectore academiae fieri cum apparatu aliquo et honoratiorum auditorum corona.

Praemia privata.

5. Privata interdum praemia melius aliquid scribentibus aut recitantibus aut aenigmata problemataque solventibus dari poterunt.

4. Praemia interdum melius academicas exercitationes obeuntibus dari poterunt, sive ex contributione, sive qua magis ratione Rectori collegii placebit.

Pr. publica.

6. Praemia interdum solemniora omnibus simul Academicis semel in anno distribui poterunt, sive ex contributione, sive qua magis ratione Rectori Collegii placebit.

7. (*5.*) Semel saltem in anno (*singulis annis*) festus aliquis Beatae Virginis (*vel Patroni*) dies, quem Collegii Rector constituet[2], celebri pompa orationis, poëmatis, versuum ad parietes affixorum, emblematum item et insignium variorum exornabitur.

Regulae Academiae Grammaticorum.

Grammaticae exercitatio.

1. Plerumque Moderator aliquid selectum ex grammatica quasi praecurrens, quod in schola sunt habituri, vel ex auctore eleganti et jucundo praeleget vel etiam repetitionem instituet exercitationemque | exercitationem instituet eorum, quae in schola exposita sunt.

[1] m. om. „hon. aud.“
[2] m. „determinabit.“

4. Es ist der Mühe wert, dafs vorzüglich der Rektor der Akademie einige der angegebenen Übungen, z. B. Vorlesungen, Deklamationen und Verteidigung von Thesen, bisweilen mit gröfserem Glanz und äufserem Prunke veranstalte und dazu einen Kreis von angeseheneren Personen einlade.

5. Mitunter kann man Privatpreise an jene Akademiker verteilen, die einen guten Aufsatz einliefern, oder gut deklamieren, rhet. Rätsel und Probleme lösen.

6. Hie und da kann man jährlich einmal allen Akademikern zusammen feierlichere Preise zuteilen, die entweder aus gemeinsamen Beiträgen oder, wie sonst der Rektor des Kollegs für gut hält, bestritten werden.

fekt soll gleichfalls mitunter etwas von dem Seinigen vortragen und alle Übungen leiten.

3. Es ist der Mühe wert, dafs vorzüglich der Rektor der Akademie jährlich drei- bis viermal einige der angegebenen Übungen mit gröfserem Glanz und äufserem Prunke veranstalte und dazu einen Kreis von angeseheneren Personen einlade.

4. Bisweilen kann man jenen, welche mit gröfserem Eifer die akad. Übungen mitmachen, Preise geben, die entweder aus gemeinsamen Beiträgen oder, wie sonst der Rektor des Kollegs für gut hält, bestritten werden.

7. (*5.*) Alljährlich soll wenigstens einmal ein Festtag der sel. J. (*oder des Kirchenpatrons*), welchen der Rektor bestimmen wird, durch glänzenden äufseren Prunk gefeiert werden. Da können die Akademiker eine Rede oder ein Gedicht vortragen, an den Wänden Verse, Sinnbilder und Abzeichen mancher Art aushängen.

Regeln der Akademie
der Grammatiker.

1. Der Präfekt lese gewöhnlich einen ausgewählten Passus aus der Grammatik, wobei er der Lektion in der Schule voraneilt, oder aus einem geschmackvollen und angenehmen Auktor vor; oder er stelle
eine Wiederholung und Einübung | eine Einübung
dessen an, was bereits in der Schule erklärt worden ist.

Repetitio. **2.** Initio Academiae semper unus paratus veniet ad respondendum de iis, quae proxima Academia dicta fuerint, adversus quem terni aut plures dubitationes, aut vernaculas locutiones latine (*1832 addit: vel latinas vernacule*) vertendas proponere poterunt, eodemque modo praelectionem a Moderatore habitam statim recolent.

Disputatio. **3.** Frequenter et acriter disputabitur; **3.** Frequenter concertabitur, exercebitur interdum stylus, interdum memoria, variabuntur phrases, aliquid etiam ex versibus (*versionibus*) et graeca grammatica (*gramm. gr. et accessoriis*) proponetur, et alia fient hujusmodi ex praescripto Moderatoris.

Memoria. **4.** Aliqui interdum aut etiam omnes parati venient ad aliquod apophthegma breve vel factum aliquod memoriter enarrandum.

Praelectiones privatae. **5.** Praelectiones ipsas in schola habitas a Praeceptore, addita praefatiuncula et aliqua, si videbitur, annotatione, e suggestu interdum dicent.

Publicae. **6.** Operae pretium erit haberi interdum aliquas praelectiones ab Academicis, praesertim a rectore, apparatu invitatuque majore[1], addita concertatione duorum aut trium, privatis etiam praemiis, si libeat, distributis.

Poenae literariae. **7.** Poterit a Moderatore poenae loco aliquid literarium exigi, juberique, ut eorum nomina, qui minus bene aut diligenter se gesserint, publice recitentur.

Exercitationum varietas. **8.** Eae denique exercitationes proponi et variari debent, quae ita utilitatem habeant adjunctam, ut gratae etiam et decorae sint, quo magis ea voluptate Academicorum animi ad studia excitentur.

[2] m. contra omnes „minore.“

2. Im Eingange der Akademie mufs immer einer bereit sein, um über das in der letzten Akademie Gesagte rede zu stehen; zwei oder noch mehr können ihm Fragen vorlegen, ferner Ausdrücke zum Übersetzen aus der Muttersprache ins Latein (*1832: oder aus dem Latein in die Muttersprache*) aufgeben; und ebenso sollen sie die Lektion, welche etwa der Präfekt gehalten, sogleich wiederholen.

3. Oft und eifrig soll disputiert werden; bisweilen übe man den Stil, bisweilen das Gedächtnis; man gebe Redensarten in mannigfaltiger Abwechslung, lege auch Aufgaben aus Versen (*Übersetzungen*) und aus der griechischen Grammatik (*aus der gr. Gr. und den Nebenfächern*) vor und manche andere dgl. Übungen nach der Vorschrift des Präfekten.

3. Oft soll Konzertation stattfinden;

4. Bisweilen sollen einige, oder sogar alle bereit sein, um irgend einen kurzen Sinnspruch oder eine geschichtliche That auswendig herzusagen.

5. Von zeit zu zeit kann man auch die Lektionen selbst, welche der Lehrer in der Schule gehalten hat, mit einer kurzen Einleitung und, wenn es gut scheint, mit irgend einer Nebenbemerkung vom Katheder herab wiederholen lassen.

6. Der Mühe wert wird es sein, dafs zeitweilig die Akademiker und besonders ihr Rektor eine Vorlesung mit einigem äufseren Prunk und vor eingeladenen Personen halten; daran kann sich eine Konzertation von 2—3 Akademikern anschliefsen, auch kann man nach Gutfinden darnach Privatpreise austeilen.

7. Der Präfekt kann, wenn er will, als Strafe eine schriftliche Arbeit aufgeben und die öffentliche Ablesung derjenigen befehlen, die sich minder gut oder unfleifsig benommen haben.

8. Man mufs schliefslich solche Übungen aufgeben und derart mit denselben abwechseln, dafs sie nicht blofs nützlich, sondern auch angenehm und Ehrensache werden, damit die Akademiker sich durch solche genufsreiche Stunden innerlich zu den Studien angetrieben fühlen.

B.

Zweiter Abschnitt.

Ausstellungen der oberdeutschen Provinzen an der alten Ratio studiorum und Beantwortung derselben durch den P. General.

Vorbemerkung. Obgleich die Ratio studiorum von 1599 endgültig im grofsen und ganzen war, so liefs sie doch im einzelnen den Provinzen freien Spielraum zu Änderungsvorschlägen je nach Zeit und Ort. Darum wurde in jeder Provinz der deutschen Assistenz eine Kommission von bewährten Schulmännern bestellt, um die etwaigen Änderungen dem Provinzial und seinen Konsultoren zu bezeichnen, worauf dieselben dem General zur schliefslichen Entscheidung zugingen.

